qm̄q̄dem cōstat q̄ hi q̄ sub aplis ex israeli-  
tis credebant iudaicis adhuc institutōib;  
et leḡs obseruationib; inherēbant.

Qualia de abstinentiis apud Egyptū Fi-  
lo scribit.

## Capitulum XVII.

**I**c igitur describēs hec in libello  
quē de vita theoretica vel sup̄liū  
cū articulauit: nihil oīno de p̄prio  
vel extrinsecus addidit: sed p̄mo  
oīm viros ip̄os cultozes z femias cūz ip̄is  
ait cultrices appellari. Tām s̄o hui⁹ voca-  
buli vel ex eo ductā q̄ conuenientius ad se-  
anias tanq̄ rudes z agrestes excolerēt: vl̄

q̄ erga dei cultum pura z integra consciē-  
tia p̄durarent. Quod nomen siue ipse im-  
posuit p̄mus illis ex ip̄oz actib; colligēs:  
siue vere in initijs ita appellabantur. qui  
fm euangeliū viuēbant anteq̄ christiano-  
rum appellatio p̄ oēm locū diffūderet: ni-  
hil interest dūmō ex ip̄is reb; nomen ad q̄s  
p̄tineat comprobet. Dicit ergo p̄mo oīm  
q̄ renuncient cunctis facultatib; suis q̄ se  
ad huiuscemodi p̄hiam dederint: z bonis  
suis quibus interest cedant. Tum deinde  
q̄ oēs etiā vite sollicitudines p̄cul abijciāt  
z extra urbem egressi in hortulis vl̄ exigu-  
is q̄busq; agellulis degant: refugiētes im-  
paris p̄positi cōsortia: et vite dissimilis cō-  
tubernia: scientes impedimēto esse hoc ar-  
duum volentib; iter virtutis icedere. Ta-  
li quippe ordie calozefidei incidati hi qui  
p̄mitus credebant vitam duxisse memo-  
rant: sicut euidenter in actib; ap̄loz legit⁹  
scriptum. qz oēs qui credebant sub aplis  
possessiones suas z p̄dia vedētes p̄cia po-  
nebant ante pedes apostolor;: z diuidebā-  
tur vnicuiq; p̄t opus erat: ita vt nō esset  
quisq; in eis egens. Quia s̄ z hic filia scri-  
bit geri ab his q̄ apud Alexandria crede-  
bant sicut illi q̄ in hierosolymis ante credi-  
derūt certū est q̄ idē actus: eadēq; institu-  
tio eandem sine dubio z religiōis fidez de-  
signet. Deniq; libro ipsi de quo supra dixi-  
mus tale inicitū dedit. In mult; inquit est  
orbis terre partibus hoc genus hominūz  
oportebat nanq; p̄fecti huius boni parti-  
cipem fieri omnē greciā: omnēq; barbariā  
In Egypto t̄n maior est copia p̄ singla que  
q̄ territoria: p̄cipue autē circa Alexandria  
Nam optimus q̄sq; ex omnib; loc;: velut  
ad vberis patrie glebā: festin⁹ occurrit co-  
lonus. Regio quedam est philosophiema-  
gisq; frugib; oportuna. sup̄ lacum cui ma-  
rie nomē est sita: colliculis q̄busdam mol-  
liter z clementer erecta: ad munimentū si-  
mil atq; aeris tēperie cōmoda. post hec d̄  
script̄: eoz habitaculis vt se habeat singu-  
lorum qualitas z situs: etiam de ecclesijs  
que apud eos sunt ita dicit. Est autē inquit  
in singulis locis p̄secrata oratiōis dom⁹  
que appellat̄ semmon vel monasteriū. Sē-  
mon autē in nostra lingua significare potest  
honestoz p̄uenticulū. in quod succedētes ī-  
quit honesta z casta vite mysteria celebrāt

## Ecclesiastice historie

Nihil illuc profus quod ad cibum potumque pertinet inferentes: vel ad reliquum humani corporis mysteria: sed legimus in libris et volumina prophetarum: hymnos quoque in deum ceteraque his similia in quibus discipulis atque exercitiis instituti: ad perfectam beatamque vitam studijs iugiter coalescant. Et post aliquanta iterum dicitur. Ab ortu autem diei usque ad vesperam omne eius spatium in studio exercitijs ducitur. quibus ad divinam prophetiam per sacras litteras imbuuntur patrum leges in allegorica intelligentia deducetes. Quoniam quidem formas esse et imagines ea que in legibus littera scripta sunt opinantur latet in intrinsecus profundi cuiusdam divinique mysterij. Habent autem etiam disputationes quasdam et interpretationes veterum virorum: quod et auctores ipsi idem propositi hereseos extiterunt. Quos eis allegorice ac figurative intelligentie norma: quod plurimis scriptorum suorum constat tradidisse mentem: quorum illi velut itineris sui ducem et auctorem instituta pariter sequuntur et morem. Hec autem dixisse hunc virum certum est de evangelicis atque apostolicis libris. In quibus quomodo lex et prophetia spiritualiter intelligi debeant edocetur. Post pauca rursum etiam de eo quod psalmos faciat novos ita scribit. Itaque non solum subtilius intelliguntur hymnos veterum: sed et ipsi faciunt novos: in deum omnibus eos et metris et sonis honesta satius et suavi compositione modulantes. Multa quidem et alia in eodem libro enumerat: quod a nostris vel in ecclesia vel in monasterijs exercent. Sed sperandum nobis est illa ex omnibus dicere: que ecclesiastica proprie continent formam. Ex quibus citius manifestum esse debeat ad ecclesiam pertinere que scripta sunt. Atque ergo. Continentiam vero velut fundamentum quoddam primo in animo collocant: et ita demum reliquas super hanc pergunt edificare frutes. Cibum potumque nullus eorum capit ante solis occasum: vicem temporis lucis cum prophetie studijs: curam vero corporis cum nocte sociantes. Nonnulli autem etiam post triduum in comitione veniunt cibi quos scilicet edacior studio famem purget. Jam vero hi qui in eruditionibus sapienter: et in profundiore intelligentia sacrarum voluminum conversantur: tanquam copiosis dapibus inhiantes expleri nequeunt et comitendo acriter inflamantur: ita ut nec quarto iam nec quinto: sed sexto demum die non tam desideranturque necessarium corpori indulgent cibum. Hec Philonem de nostrorum institutionis referre quis potest dubitare: Quod si

cui videtur adhuc ambiguum: adhibebimus etiam alia eius dicta: que nulli omnino nisi nostris tantummodo convenire etiam fidelissimum quod scire fatebitur. Atque ergo. Cum viris autem quos discimus sunt et femine. In quibus plures iam grandevae sunt virginis: integritates casti corporis non necessitate aliqua: sed devotione servantes. dum sapienter studijs semet gestunt non solum animo: sed et corpore consecrare indignum autem dicentes libidini mancipare vas ad capiendam sapientiam preparatum: et odere mortalem partem eas a quibus divini verbi concubitus sacrosanctus et immortalis expetitur: et quo posteritas relinquatur nequaquam corrupte mortalitatis obnoxia. Quod si ad huc parum videtur istud: audi quod post aliquanta scribat. Tractat autem sacrarum: iquit voluminum huiusmodi habent ut magis allegorice opinionibus utantur quam quid est omnis lex viris istis videtur animalis esse similis: quod corpus quidem habeat ipsam litteram et ea que secundum litteram designant: animam vero occultam in littera spiritalem et inuisibilem sensum: quod illi ab autoribus suis edocti: sublimius et nobiliter velut insipientes per speculum contemplantur. ex ipsis etiam nominibus admirandum quod quaedam species intelligentie preferentes. Quid autem addere his opus est etiam de comitionibus eorum que scribit: et ut seorsum quidem viri: seorsum etiam in eisdem locis femine congregentur. et ut vigiliis sicut apud nos fieri moris est pagant: et maxime diebus illis cum passionis dominice solennitas celebratur cum in ieiunijs prenoctare et lectionibus sanctis auditum prebere consueverunt. Que omnia supradicta vir eo ordine: eas deique consequentia qua apud nos geruntur expressit. Et ut unus ex omnibus surgens in medio psalmum honestis modulibus concinat utque precipienti eivum versiculum omnis multitudo respondeat: atque in ipsis diebus in terra recumbentes: sicut antiqui moris fuisse dicitur. Unum quidem nemo omnino (ut ipse ait) ne gustu quidem contingat: sed nec qualibet carne. tantum autem aqua sit eis poculum: et panis cum sale vel isopo cibus. Addit autem adhuc his: quomodo sacerdotes vel ministri exhibeant officia sua: vel que sit supra omnia episcopalis apicis sedes. Que cuncta si quis plenius vult et exploratius discere: ostendemus ex quo ista fonte debet haurire.

In quibus supradictus vir ecclesiasticæ institutionis initia: et originē aplice atq; euangelice traditionis interuit. Est autē idē Filo affluentissim⁹ q̄dem in eloq̄ntia: in sensib⁹ autē pfundissim⁹: et i interpretatiōe atq; intelligentia diuiaz scripturaz subtilissim⁹ copiose inueniēs: et copiosius eloquens. Multa dñiq; diuini nob etiā ipse ingenij sui monumenta dereliquit.

Quāti ad nos Filonis puenerint libri.

Caplm. XVIII.

**D**rimo q̄demp ordinē in Genesim scripsit libros: q̄s articulauit sacre legis explanatio figurat. Tuz deide z alios p̄tinētes sparsim de diuersis caplis q̄ōes in q̄b⁹ q̄ req̄ri d̄beāt z p̄ponit z soluit: q̄s q̄ōes z absolutōes de Genesi z Exodo articulauit. Sūt z ali⁹ libri q̄ sup scribunt z p̄positionū: q̄ sunt d̄ agricultura duo z de temulētia duo. Sed z ali⁹ q̄ plurimi extāt ei⁹ libri: diuersis vocabulis adnotati. sicut est: que sint p̄ quibus mens debet orare deū. z de p̄fusione lingua rū: de natura z inuētiōe: de his q̄ p̄gregari debeant ad erudiendū: z q̄s sit q̄ heres sit diuinorū: q̄ sit equaliū z inequaliū diuisio: Itē de trib⁹ p̄turbib⁹ quas describit cū ceteris Moyse. Itē de his q̄z in sc̄ptur⁹ nomina cōmutata sunt: z q̄b⁹ ex cāis cōmutata sint. In quibus refert se scripsisse etiaz de testamentis p̄mū z secundū. Et ali⁹ liber ei⁹ de captiuitate z d̄ vita sapiētis: ei⁹ qui secundū p̄fectā iusticiā z leges naturales p̄sumat⁹ est. De gigantib⁹. De eo q̄ incōuertibile sit q̄d diuinū est. De Moyse vita libros quinq;. De eo q̄ a deo sint somnia. Nec pene oia i Genesim scripsit. Sed in Exodū q̄stionū z absolutionū. libri q̄nq;. De tabernaculo dei. De decē verbis legis De his q̄ inferunt sub specie d̄calogi. z de animalib⁹ q̄ sacrificijs deputata sunt et que sūt species sacrificiorū. Que sūt p̄posita in lege bonis p̄mia: et malis maledicta. Tū p̄ terea singulares ei⁹ libri d̄ prouidētia. De iudeis apologetic⁹ liber: h̄ ē de vita vrba na et ad Alexandrū dicētē rōnem h̄ie muta aīalia. De eo q̄ seru⁹ sit oīs qui peccat Itē ali⁹ de eo q̄ liber sit oīs q̄ bonis studijs opaz p̄bet. De vita theoretica vel sup plicū hic ipse. in q̄ z de aplice viris esse que scripta sunt supra edocum⁹. Sed et int

p̄tationes noīm hebraicorū que sunt in lege z prophetis. Hic t̄pib⁹ Baij impatoris rhomā p̄fect⁹: cū de impietate atq; impunitate Baij q̄s plima scripsissz: q̄ p̄ ironiā d̄ virtutib⁹ articulauit: z ea senatui recitassz in tanta d̄ admiratione habit⁹: vt bibliotheca digna ei⁹ scripta decernerent. Uez p̄ idē t̄ps Paulo ap̄lo ab hierusalē i circūitu et vsq; ad illiricūz p̄dicationē p̄bi d̄fici ministrante. Claudius impator iudeos vrbedepellit. Tūc Aq̄la z Puscilla cū ceter⁹ iudeis expulsi: Asiam veniunt: ibiq; coherēt ap̄lo: tū p̄mū ecclie inibi fundamēta iaciēt: sicut edocet liber de Actibus apostolorum conscriptus.

Cuiusmodi clade cōpresserint iudeos ipso die paschalis.

Caplm. XIX.

**L**audio p̄o adhuc i impio p̄durāte: in ipsa solēnitate pasche tanta iudeis p̄turbatio z vastitas hierosolymis accidit ex seditiōe cōmota: vt illi soli q̄ i forib⁹ tēpli p̄stipatiōe p̄lī necati sūt: triginta milia iudeorū nūeraret z conuersus est dies fest⁹ eorū i luctū. Sz z alia q̄s plima iudeis mala irrogata. Iosephus per hec p̄ba designat.

Qualia etiā sub nerōe hierosolymis gesta sunt.

Caplm. XX.

**L**audi⁹ inq̄t Agrippā filiū Agrippæ iudeorū regē p̄stituit: Felicē p̄o totius puincie Samarie q̄z z Galilee: z regiōis q̄ d̄z trās iordanē p̄curatorē misit. Et p̄ pauca addit etiā hec Inflāmat autē z seditio acerbissima a p̄t̄ficib⁹ aduersuz sacerdotes z p̄mos plebis hierosolimorū: q̄z singuli p̄qrētes sibimet p̄ditorū iuuenū z nouis reb⁹ gaudētū manū: duces semetipsos p̄prie factōis istituebant: q̄ colligētes ad inuicēz p̄mo puicij lacessere: tū deinde z saxis inuicē sternere. nec q̄s q̄ erat q̄ coerceret. sed agebant oia tanq̄ in vrbe nō habentes rectorē. Igitur p̄t̄fices in tantam venere preruiā: vt seruis suis ad areas missis inuaderēt decimas q̄ sacerdotib⁹ debebantur. Et accidebat: vt nō nulli ex minorib⁹ sacerdotibus quorū alimonie vi fuerant direpte: inedia deperirent. Ita seditiōum violētia ius: fasq; cōfuderat. Itē post pauca subiūgit etiam hoc. Flōnunq; autē etiaz in media ci

## Ecclesiastice historie

uitate occurrētes sibi trucidabāt: p̄cipue in dieb; festis sicarij plebibus admitti oc-  
cultat; pugionibus oberrātes: ut q̄s q̄s desi-  
gnat̄ eis comin̄ inciderat p̄imebāt: et ar-  
te nefaria cū corruisset is quē occulto vul-  
nere strauerā. Tū idē ipi p̄cussores velut  
indignarise simulabāt aduersum eos qui  
hec i media vrbē cōmitterent: atq; hoc mō  
occulta eoz facinora p̄manebāt. Et p̄mo  
oim ab his Jonathas p̄ntifex interficit̄:  
post illū q̄ plurimi iugulant̄: ita ut iā ipis  
mortib; esset grauior met̄ mort̄: dū vnus  
q̄s q̄s in p̄cinctu semp̄ posit̄ p̄ momen-  
ta singula speraret interfici. Post hoc aut̄  
interiect̄ q̄busdā addit etiā ista

De egyptio cuius actus ap̄loz faciunt  
mentionem.

### Capitulū. XXI

**O** Rau<sup>9</sup> v̄o oī hac vastatiōe afflixit  
iudeos Egypti<sup>9</sup> q̄dā falsus p̄phe-  
ta. Qui cū venisset ad Iudēā: hō  
mag<sup>9</sup> fidē sibi p̄phete magica arte  
cōsciuit: et p̄tinuo ad triginta milia virozū  
cōgregās: et ductās eos p̄ desertū: puenit  
cū ipis ad montē q̄ vocat̄ oliueti: paratus  
inde irruere hierosolymā: et vi ac potesta-  
te vrbem tenere: simulq; rhomanoz p̄resi-  
dia ac plebē tyrānti sue subiugare: fret̄  
p̄ oīa his q̄s secū duxerat satellitibus. Sed  
conat̄ ei<sup>9</sup> p̄uenit Felix: cōfestimq; euz  
armatis obuia p̄gens: secū etiā plebe reli-  
qua cōspirāte. cōgressiōe facta: Egyptiuz  
quidē cū paucis in fugaz vertit. p̄emptis  
v̄o alijs: alijs etiā captis temere cepta fa-  
cile restrixit. Hec i secūdo historiāz libro  
Joseph<sup>9</sup> refert. Opere p̄cuiuz t̄n est: hec q̄  
de Egyptio scribit: cū illis q̄ i ap̄loz acti-  
bus designata sūt cōpare. vbi sub Felice  
tribunus q̄ in hierosolymis erat: ad Pau-  
lum in quē iudeoz fuerat cōmota seditio  
dicit: Nōne tu es egyptus ille q̄ ante hos  
dies cōcitaueras populū: et eduxeras in  
desertū ad quattuor milia hoīm sicarioz.  
Sed sufficiāt ista de Felice.

Quēadmodū d̄ Judea Paul<sup>9</sup> Rhomā  
missus in vinculis oī culpa liberat<sup>9</sup> sit.

### Capitulū. XXII

**I**terea Claudio tredecim ānis et  
octo mētib; rhomanoz impio per-  
functo: Nero suscepit p̄ncipatus.  
A quo Fest<sup>9</sup> mittit̄ in iudeam suc-

cedere Felice: apud quē causa dicta Pau-  
lus vincet<sup>9</sup> mittit̄ rhomā: Aristarco secuz  
comitāte: quē cōsequēter i eplis suis cōca-  
pitiū appellat. Sed et Lucas q̄ et actus  
ei<sup>9</sup> ceterozq; ap̄loz describit: sed p̄cipue  
Pauli. de q̄ etiā h̄ in fine designauit q̄ bi-  
ennio in vrbē Rhoma posit<sup>9</sup> v̄bū dei p̄e-  
dicabat nemine p̄hibente. Quē t̄n affuisse  
sibi et defendisse se ap̄d Nero: et rursum  
p̄fectū esse ad p̄dicatiōis officiū sermo cō-  
firmat. et post h̄ denuo redisse ad supradic-  
tam vrbē vbi et martyrio p̄sumat<sup>9</sup> ē. Tūc  
euz in vinculis posit<sup>9</sup> secundā ad Timo-  
theū scribebat eplam in qua et d̄ p̄ma sua  
defensiōe: d̄ p̄n̄ simul idicat passiōe. Su-  
scipe ergo de his singulis testimōia. In p̄-  
ma inq̄t ip̄e Paul<sup>9</sup> mea defensione nemo  
mibi affuit: sed oēs me dereliquerūt: Nō  
illis imputet. Dñs em̄ astitit mibi et cōfor-  
tauit me: ut p̄ me p̄dicatio compleret̄. et au-  
diant oēs gentes. quia liberat<sup>9</sup> sum de ore  
leonis. Manifestissime p̄ hec designat. qz  
primo quidē ut per ip̄m cepta p̄dicatio  
cōpleret̄ liberatus est de ore leonis: Nero  
nem scz in leone p̄ crudelitate significās.  
Tum deinde in cōsequētibus adijcit et di-  
cit. Liberauit me dñs de ore leonis. P̄e-  
uidebat em̄ in spū cōsummationez suam:  
p̄pter qd̄ et dixit: quia liberat<sup>9</sup> sū de ore le-  
onis. Et itez Liberauit me dñs ab omni  
op̄e malo: et saluū faciet i regnū suū celeste.  
significās p̄ hec q̄ esset p̄festi martyrio co-  
ronādus. De quo t̄n euidentius in eadem  
epla dicit scribēs. Ego em̄ inq̄t iā imolor  
et t̄ps regressiōis mee inītat. hec aut̄ dicta  
sunt a nobis ut ostenderem<sup>9</sup>: quia non co-  
tpe quo Pauli actus in vrbē Rhoma con-  
clusit Lucas: martyrio p̄funct<sup>9</sup> ē Paul<sup>9</sup>  
Potuit em̄ fieri ut in inīty ad huc lentior  
esset Nero et defensione Pauli p̄ n̄ro do-  
gmate nō asp̄nant̄ acceperit. p̄cessu v̄o t̄pis  
cum ceteris malis aucta sit eius etiā in  
ap̄stolos seuitie rabies.

Ut sit passus Jacobus qui frater domi-  
ni est dicit<sup>9</sup>.

### Capitulū. XXIII

**S**i iudei posteaq; Paul<sup>9</sup> ad cesa-  
rē quē appellauerat a Festo trans-  
missus ē: et frustratas insidias q̄s  
ei retenderāt videbāt: in Jacobuz  
fratrem dñi imanitatem neq̄tie sue p̄tunc  
cui ep̄alis i hierosolymis delata ab aplis

fuérat sedes. Quēq; h̄ mō adhortati sūt  
pductū in mediū: abnegare eū fidē ch̄i  
corā ip̄io p̄lo exp̄etūt. At ille cōtra oīm  
opinionē: voce satis libera z mltō maio  
re q̄ vellent corā vn̄uerso p̄lo cū oīm  
fiducia p̄fiteri: filiū eē dei saluatore z do  
minū nostrū Jesū ch̄m. Tū illi nō ferēs  
tes tā graue: z tālibet testimoniū viri: p  
eo maxie q̄ iustissim⁹ ap̄d oēs habebat:  
ob religiose z p̄tinētissime vite merita i  
necē ei⁹ p̄tunē: fauētē sibi occasiōe tem  
pori ex morte rectoris. Cōtigit ei festū p  
idē t̄ps obire apud iudeā: z sine rectore  
ac p̄ncipe esse puincia. Nā mort⁹ Jaco  
bi modus iā q̄dem z i superiorib⁹ a nobis  
Elemētis sermonib⁹ indicat⁹ est: cū de  
pinna tēpli eū p̄cipit arū: z fullōis p̄cus  
sum vecte descripsit: Explorati⁹ tamēd  
eo Egēsius: q̄ post ipsas statim p̄mas  
ap̄loz successiōes fuit: in quito cōmen  
tariōz suoz libro bis verbis refert. Su  
scepit in q̄t eccliaz cū apl̄is frat̄ dñi Ja  
cob⁹: q̄ ab oib⁹ cognōiat⁹ ē iust⁹: ab ip̄i⁹  
dñi t̄p̄ib⁹ p̄durās vsq; ad nos. Et mlti q̄  
dem Jacobi vocati sunt: sed h̄ ex vtero  
matris sue sanct⁹ fuit. Vinū et sic̄ ram  
nō bibit: sed neq; aiā mādūcauit. ferrū  
i caput ei⁹ nō ascēdit. oleo nō ē punct⁹:  
balneis nō est vsus. Quic soli licebat in  
trōire i sancta sanctoz. Neq; enī lanceo  
vtebat̄ indumētō: sed tm̄ syndone. So  
lus ingrediebat̄ tēplū: z iacebat sup̄ ge  
nua sua: orās p̄ p̄li indulgētia: ita vt orā  
do callos faceret i genib⁹ ad modū ca  
meli sp̄ genua flectēdo: nec vnq; ab ora  
tione cessando. Itaq; p̄ incredibili hac  
p̄tinētia z sūma iusticia appellat⁹ est iu  
stus. z oblias qd̄ ē it̄p̄tātū munimētū  
p̄li z iusticia: sic̄ z p̄phete idicarūt d̄ eo:  
Quidā aut̄ d̄ septē heresib⁹ q̄ erāt i p̄lo  
de q̄b⁹ sup̄ sc̄psim⁹: interrogabāt eum  
qd̄ esset ostiū iesu. At ille dicebat hunc  
esse saluatore. Ex q̄b⁹ aliquanti credide  
runt: qz iesus est ch̄us. Ille aut̄ hereses  
q̄s supra dixim⁹: nō crediderūt neq; sur  
rexisse euz neq; v̄turū: vt retribuatur vni  
cuiq; s̄m̄ opa sua. Qui vero crediderūt: p̄  
Jacobū crediderūt. In q̄b⁹ euz mlti ex  
p̄ncipib⁹ credidissent: p̄turbatio erat iu  
deozū z scribarū z phariseoz dicētium.  
Nihil iā sup̄est qn̄ oīs p̄pls credat i Jes

sum qz ip̄e sit ch̄us. Cōueniētes igit̄ ad  
Jacobū dicebant ei. Quam⁹ te vt reuo  
ces p̄lm: qz ecce errat in Jesum putās  
qz ip̄e sit ch̄us. Dep̄camur q̄ te vt suade  
as oīmib⁹ cōueniētibus i die pasche de  
Jesu. Tibi enim oēs obt̄pamus z de te  
tā nos. q̄ p̄pls testimoniū ferim⁹: qz iu  
stus es z p̄sonaz nulli⁹ accipis. Tu er  
go suade p̄plo de Jesu ne erret. qz oēs  
tibi obedim⁹. Ascēde itaq; in excelsum  
locū pinne tēpli: vt in edito positus ap  
pareas oib⁹: z p̄ba tua audiant a cūct⁹:  
qz in diebus pasche p̄uenit nō solū iu  
deozū: sed z gētiliū multitudo. Statue  
rūt igit̄ sup̄radicti scribe z pharisei Jac  
obū supra pinnā tēpli. z voce maḡ cla  
mātes ad eum dicūt. Viroz iustissime  
cui oēs nos obt̄pare debem⁹: qm̄ popu  
lus errat post Jesum q̄ crucifix⁹ ē enun  
cia nobis qd̄ sit ostiū Jesu. Tunc Jaco  
bus ad eos ingēti vocerūd̄it. Quid me  
interrogat⁹ de filio hoīs? Et ecce ip̄e ses  
det i celo a dextr⁹ sūme p̄tatis. z ip̄e ven  
tur⁹ ē in nubib⁹ celi. Cūq; hac respōsiōe  
et testimonio Jacobi mult⁹ satisfactum  
eēt: z libēter audissent q̄ Jacob⁹ p̄testa  
tus ē: ceperūt gl̄ificare deum et dicere:  
Osanna filio dauid. Tūc rursuz ip̄i scri  
be z pharisei ceperūt ad inuicēz dicere.  
Vale fecim⁹ tale testimoniū p̄stare de  
iesu. Sz ascēdam⁹ z p̄cipitem⁹ hūc des  
orsum: vt ceteri terreat̄ z nō credāt ei:  
Simul z voce maḡ exclamauerūt dice  
tes. Nō z iust⁹ errauit. Et cōpleuerunt  
sc̄pturā q̄ in Esaiā scripta ē dicētē. Au  
feram⁹ iustū: qm̄ inutilis nobis est: p̄te  
rea fructū operum suoz manducabūt.  
Ascēderūt q̄ z p̄cipitauerūt eum: z dice  
bāt ad inuicē. Lapidem⁹ Jacobū iustū  
Et ceperūt eū v̄gere lapidib⁹. Qui des  
iect⁹ nō solū mori nō potuit: sz p̄uersus  
sup̄ genua sua p̄cumbēs dicebat. Rogo  
dñe de⁹ p̄ remitte eis p̄ctm̄: nō enī sci  
unt qd̄ faciūt. Cūq; eū talia orātē lapidi  
bus purgerēt desup: vn⁹ de sacerdotib⁹  
de filijs rechab filij rechabī: de q̄b⁹ p̄tes  
tat̄ Hieremias p̄pheta: exclamauit di  
cēs. Parcite q̄so: Quid facitis? Pro vo  
bis orat iust⁹ hic quē lapidat⁹. Tūc vn⁹  
ex ip̄is fullo arrepto fuit: in quo res ex  
p̄mi solēt: cerebro ei⁹ illisit. z tali mar

tyrio cōsumat<sup>9</sup> est: ac sepult<sup>9</sup> in eodē loco petēplū. Hic ē q̄ extitit veritat<sup>9</sup> testis iudeis et gētib<sup>9</sup>: qz Iesus ē ch̄s. Et nō mlto post oppugnatio cōsecuta est Vespasiani. Hec lati<sup>9</sup> q̄dem: sed p̄sonā ter Clemēti etiāz Egēsi<sup>9</sup> retulit q̄ ita mir<sup>9</sup> q̄dem et ap̄d oēs hoies op̄inatissim<sup>9</sup> in obseruatōe tot<sup>9</sup> iusticie Jacobi habebat: vt et iudeoz prudētes q̄q̄ crederēt hāc eē causam statim p̄secute oppugnatiōis hierosolymoz: q̄ i illū sceleratas iniecerint man<sup>9</sup>. Et Joseph<sup>9</sup> ita sibi videri euidēt<sup>9</sup> idicat p̄ hec. Que oīa inq̄t acciderūt iudeis: p̄ vindicta Jacobi iusti: q̄ erat frat̄ Iesu qui dicit<sup>9</sup> ch̄s: quē iustissimū et p̄ssimū oīm p̄fessione virū iudei interfecerūt. Idēq̄ etiā mortē ei<sup>9</sup> in vicesimo antiq̄tatū libro his p̄bis designat. Mittit autē cesar Albinū iudee p̄fectū Festi morte compta. Ananias autē iunior quē p̄tificatū suscepisse supra dixim<sup>9</sup>: p̄teruis admodū et insolēs morib<sup>9</sup> heresim defendebat saduceozū: q̄ in iudicijs crudeliores ceteris iudeis vident<sup>9</sup>: sicut iā sup̄ dixim<sup>9</sup>. Hic insolētie sue t̄ps datū credēs ex morte Festi: p̄fessuz iudicū puocat et introducit i mediū frat̄ Iesu q̄ dicit<sup>9</sup> ch̄s Jacobū noīe: et alios q̄ plurimos q̄s velut p̄tra legē gerere inculans tradidit lapidādos. Qd̄ facin<sup>9</sup> siq̄s ex ciuib<sup>9</sup> modestior fuit: et equi ac leg<sup>9</sup> obseruatior grauiissime tulit: Qui etiā occulte legatio nē ad cesarē mittūt: orātes euz scribere Ananie ne hoc agat: qz nec prius huiusmodi facinora recte commiserit. Quī dā autē ex ip̄is etiāz Albino occurrūt de Alexandria ad ip̄os iter agētī: atq̄ edocent q̄ nō licuerit Ananie se incōsulto cōfessuz iudicū conuocare. At ille cōmotus ex his q̄ dicta sūt: cū indignatione scribit ad Ananiā: cōminat<sup>9</sup> ablaturus se ab eo iudicādi potestātē qua nō recte vtebat<sup>9</sup>: qz et Agrippa rex euz trib<sup>9</sup> solis mētib<sup>9</sup> functū h̄ honore puauerit. et Iesum dammei filiū i locū eius subrogauerit. Hacten<sup>9</sup> etiā de Jacobo: cui<sup>9</sup> illa habet eplā q̄ p̄ma scribit<sup>9</sup> inter eas q̄ catholice appellant<sup>9</sup>. Sciēdū tamē est q̄ a nōnullis n̄ recipiat<sup>9</sup>. nec facile q̄s antiq̄rum meminerit ei<sup>9</sup> sicut illius quidē

que dicit<sup>9</sup> Iude: q̄ et ip̄a est vna de septē Host tamē scim<sup>9</sup> etiā istas cuz ceter<sup>9</sup> ab omnibus pene ecclesijs recipi.

Post Marcuz primus ep̄scopus Alexandrine ecclesie ordinatus sit Anianus. Capitulū. XXIII.

**H**ic Hironis p̄mo imperij anno post Marcū euāgelistā ecclesie ap̄d Alexandria Annian<sup>9</sup> sacerdotiū suscepit. S; Hiron regni sibi potestate cōualescētē: post mlta q̄ anio p̄ceperat nefaria et impura flagicia ad ip̄am q̄z iā diuinitat<sup>9</sup> tendebat iniuriā. Lōgū estz n̄o operi incōueniens p̄bra ei<sup>9</sup> flagiciaq̄ describere. maxie cū multi de his pleni<sup>9</sup> scripserint. Ex quoz rū libris siquis dedecorosam ei<sup>9</sup> vitam atq̄ oībz scelerib<sup>9</sup> obnotiā scire vult facili<sup>9</sup> potest. in q̄b<sup>9</sup> eū inueniet intantum scelerib<sup>9</sup> esse p̄gressum. vt ne appr̄is q̄dē ac domesticis temperauerit: s; in matrē et in fratres et i vxores atq̄ i oēs sanguinis proximos et parricida extiterit et incestus. His iḡit oībz deerat: vt ip̄e prim<sup>9</sup> ex impatorib<sup>9</sup> r̄omanis: etiā in ip̄m deū impietat<sup>9</sup> arma cōuerteret: sic Tertulian<sup>9</sup> vir septozum nobilissim<sup>9</sup> refert dicens. Consulite cōmentarios vroz: illic reperietis p̄muz quoq̄ Hironē in hanc sectam. tum maxime r̄home orientem cesariano gladio ferocisse. Tali de dicatore damnatiōis n̄re etiā gliamur. Qui enī scit illū itelligere potest nō nisi grāde aliquod bonū a Hironē dānatū: Tentauerat et Domitian<sup>9</sup> portio Hironis de crudelitate. s; q̄si hō facile ceptū rep̄ssit: restitūt<sup>9</sup> et q̄s r̄ligauerat. t̄les nobis sp̄ i secutores iusti: ip̄i: turpes: q̄s et ip̄i dānat<sup>9</sup> p̄sueuiss<sup>9</sup> et aq̄ bus daz dānatos r̄stituet<sup>9</sup> soliti est. hec Tertulian<sup>9</sup>.

De p̄secutiōe Hironis sub q̄ Paul<sup>9</sup> ac Petr<sup>9</sup> pia p̄fessioe decollati sunt.

Capitulū XXV

**H**ic Hiron vt ap̄tū se hostē diuinitat<sup>9</sup> pietatisq̄ p̄fess<sup>9</sup> ē: ip̄oz p̄us ap̄loz q̄ppe q̄ duces et signiferi erāt i pp̄lo dei expetit neces. Et Paulū q̄dē capite i ip̄a vrbē r̄homa. Petrū p̄o cruc<sup>9</sup> patibulo cōdēnat. Noz rū testimoniū querere extrinsec<sup>9</sup> superfluū puto: cū rē gestā insignia vsq̄ in hō

diernū z splēdidissima eoz monumēta  
restent. Uerū scribit de his et Satus  
qdā scriptor antiquus: Qui cū Zepheris  
no ep̄o rhomano aduersum Proculum  
quendā catafrigā disputās: hec de apo  
stolorū cōmemorat loc̄. Ego inqt habeo  
trophea ap̄loz que ostēdam. Si ei p̄ces  
das via regali q̄ ad vaticanū ducit: aut  
via hostiēsi inuenies throphea defixa:  
q̄b̄ ex vtraq; p̄statutis rhomana cō  
mūitur ecclesia. Q; aut eodē tēpore am  
bo passi sunt Corinthioz ep̄s Dionysi  
cū in vrbe positus esset: z descriptur̄ dis  
putaret hoc dicit. Sz z vos habētes cō  
monitionē a Petro z Paulo: plantatio  
nē rhomane z corinthioz ecclie p̄iunxi  
stis. Ambo etenim sil' aduētates: et i nra  
corinthioz ecclia docuerūt. et per oēm  
italiā atq; in hac vrbe sil' docentes: etiā  
martyrio pariē vno eodēq; tpe coronati  
sunt. Hec autē retulim⁹ vt historia q̄ in  
opinione oim est confirmatioz habeat.  
Joseph⁹ at scribēs quāte clades iudeo  
rum gentē puaserint. z vt eoz vastitas  
pagata sit. addit etiā hec.

Ut innumer⁹ iudei malis afflicti sūt:  
ac nouissime p̄tra rhomanos arma mo  
uerūt.

Capitulū. XXVI.

**U**erū ad innūera mala q̄ iudeis  
acciderāt addit etiam hec Flo  
rus. q̄ p̄ idē tps iudee p̄curatio  
nem tenebat: vt honorabiles  
q̄sq; viros flagr⁹ verberaret: z i ip̄a vrbe  
sacratissima hierusalē patibulo suffiges  
ret: eo tpe q̄ p̄turbari iudeoz status no  
uarū rerū molitōib; accidit: duodecimo  
scz āno imp̄ij Herōis. Sz z p̄ oēs syriaz  
i seditiosos iudeoz atrocissimaz refert  
exercitatz eē senitiā: ita vt et illi q̄ p̄ vr  
bes singlas admixti gētib; p̄manebāt i  
hostiū nūero deputarēt. z videres reple  
tas inhumat⁹ corpib; citates: iacētes  
mortuos sil' cū puul' senes feiarūq; abs  
q; vlla sep̄ reuerentia nudata i publico:  
reiectaq; cadauera atq; vniuersaz puici  
am innūer⁹ mal' refertā. Sz tñ tādiro h  
z tāatroci spectaclo: mlto gūi⁹ eos futu  
rorū z p̄ dies augescētū maloz: met⁹ z  
formido terrebat. Hec ad p̄bū Joseph⁹  
refert. Uerū i h de iudeis ista sufficiāt  
Explicite Liber secundus

## Incipit tertius liber

Eccliaſtice historie: cū caploz ānotatōe



## Gitur iudei

debitis cladib; purge  
bant. Sancti p̄o apli  
dñi z saluator⁹ nri: ce  
teriq; discipuli ad p̄di  
cādū p̄bū dei: p̄ singu

las q̄sq; orbis terre puicias dirimunt.  
Thomas sicut nob traditū ē sortit⁹ est  
Parthos. Matthe⁹ ethiopiā. Bartho  
lome⁹ indiā citeriorē. Andras scythiaz.  
Joānes asiā. Uñ ap̄d Ephesum z com  
moratus est z defunctus.

Qui p̄mus rhomanā rexit ecclesiam

Capitulū II

**U**erū p̄tū: galaciaz: bithiniam:  
cappadociā: ceterasq; p̄fines p̄  
uincias iudeis dūtarat p̄dicās  
circūisse deprehendit. Et ad vlti  
mū i vrberhoma cōmorat⁹: vbi z crucis  
fix⁹ est deorsum capite demerso: qd̄ ip̄e  
ita fieri deprecat⁹ est: ne exequari dño vis  
deret. De Paulo at qd̄ dicā: qui ab hieru  
rusalē vsq; ad illiricū repleuit euāgelii  
chū. z ad vltimū sub Nerone martyriū  
duxit. Hec ita p̄ ordinē i tertio libro ex  
planationū genesis Origenes exponit.

De eplis ap̄loz.

Capitulū III

**U**erū Petr⁹ ap̄lus p̄dicationis  
sue monimēta nob p̄ pauca de  
reliqt. Una etenī ei⁹ epla ē: de  
q̄ null⁹ oīno dubitauit. Nā de  
scda mlis i certū ē. Ap̄d plimos tñ etiā  
ip̄a legēda suscipit. Ille p̄o libell⁹ q̄ d̄r.  
Act⁹ petri z qd̄ nois ei⁹ euāgelii nūcu  
pat: sz z q̄ d̄r ei⁹ p̄dicatio vl' reuelatio in  
scriptur̄ p̄sus canonic⁹ non h̄. Sed ne  
aliqs qd̄ē scriptoz veterū vti eoz testimo  
nijs inuenit: Uerū p̄cedente nob historie  
narratiōe p̄ oportunitatē locoz: cū scri  
ptozes eccliaſticos memorabim⁹: neces  
sario et scripturaz libros q̄ i auctoritate  
eē d̄beāt: z q̄zmin⁹ seq̄ndasit auctoritas  
exponem⁹. Interi Petri vt dixim⁹ p̄ma  
epla ab oib; veterib; est recepta. Pauli  
quozq; manifeste quattuordecim sūt eplē

quod in autoritate habent: licet sciam apud Latinos de epla qua ad Hebreos scribit: haberi dubitationem. Sed et de ipsa quod unusquisque veterum scriptorum senserit in tempore suo proferam. Et libellus herme qui appellatur pastoris: cuius Paulus in eplis suis meminit: a plurimis non est receptus. ab alijs autem necessarius iudicatur: est: propter eos qui promissis ad fidei institutionibus imbuuntur. Unde et in nonnullis ecclesijs legitur. et multi veterum scriptorum vsi sunt testimonij eius. Nec interim nobis promissa sint de diuinorum librorum fide: Quam mox etiam veterum ad stipulationem firmabimus.

De successione apostoli Pauli.

Capitulum III.

**D**icitur autem quod ab hierosolymis in circensium usque ad illiricum gentibus euangelium predicauerit: ex ipsius vocibus comprobatur: et ex his que Lucas in Actibus apostolorum scribit. Sed et Petrus in quibusdam epistolis prouincijs his que ex circensium sunt predicauerit christum: proprijs vocibus in ea epistola quam ipse absque ambiguitate claruit esse designat: in qua ad eos qui in dispersione sunt scribit sine dubio Hebreos. Ipse etenim dispersi dicuntur tamque proprijs sedibus pulsi. et positi in dispersione ut ait ipse: potius galacie: cappadocie et asie ac bithynie. ex quibus si que plantantes in fide et emulatores sibi dei reperiuntur: et regedas ecclesias que apostoli fundauerunt susceperunt. Quod nota non est facile explicare per singulos. Ex apostoli tamen pauli firmo colligere possunt per multos esse quos ille nunc adiutores nunc promittentes: nunc et captiuos et plaborantes in euangelio: et comites nominat. Sed et Lucas in actibus apostolorum plurimos eius socios memorat: et principes predicationis sicut Timothei meminit et Titi. Quorum alter in Epheso episcopus: alter ordinandus a presbitero ecclesie: ab eo ordinatus proficitur. Ipse autem Lucas genere quodam antiochenus: arte medicus: comes vero Pauli et ceterorum apostolorum socius et necessarius fuit. Is ergo firmo hac medicina quam ex apostolorum vel societate vel traditione susceperat: duos nobis medicinales libros: quibus non corpora: sed anime curetur explicuit. Euangelium scilicet quod etiam sic proficitur. sic tradiderunt nobis inquit hi qui ab initio ipsi viderunt: et ministri fuerunt sibi dei: quos et ab initio secutus sum. et accipere apostolorum quos

non iam auditu preceperat: sed oculis inspererat. Tradit autem quod euangelium suum a Pauli ore desceperit: et ipse sit quod apostolus suum euangelium soleat nominare: cui dicitur. sed euangelium meum. Sicut et mareus qui ex ore Petri fuerat predicata desceperat. Memoratur autem ex comitibus Pauli cresces quodam ad gallias esse profectus. Linus vero et Clemens in urbe roma ecclesie profuisse: quod comites et adiutores eius fuisse ab ipso Paulo prohibent. Sed et Dionysius ariopagiten apud Athenas: quem Lucas describit primo Paulo predicante credidisse in eos socios eius fuisse. et ecclesie atheniensium presbiterum sacerdotium suscepisse. Sed nunc interim ad historie ordinem redeamus.

De iudeorum expugnatione post christum.

Capitulum V.

**F**itur post Heronem quod tredecim annis obsedit romani culinis principatum: Balba et Otho anno et sex mensibus detento principatu defuncti: Nespasiano regni gubernacula dereliquunt posito per idem tempus in punctu belli quod iudeis intenderat. ubi ab ipso exercitu cum quo oppugnabat iudeam subrogatum imperio. Itaque confestim Romam tendens Tito filio suo curam belli et hierosolymorum oppugnationem iniungit. Vix post ascensionem domini saluatoris nostri iudei in ipsius commisi piaculi vel persecutiois in apostolos: et necis in Stephanum: sed et obruncatiois in apostolum Iacobum: et in Iacobum nihilominus fratrem domini qui appellatur est iustus: sceleris admissi: ceterorumque omnium quos propter fidem christi insidiosis dolis atque omni fraude neque circumuenerat. Pro his inquam omnibus malis penas diuinitus reposcebant. Et apostoli quodam ab illis per fugam: ac per omnem locum dispersi (sicut supra diximus) pergebant in salute christi qui eis preceperat dicens Euntes baptizate omnes gentes in nomine meo. Ecclesia pro qua in hierosolymis fuerat congregata: respiciens a deo accepto emigrare iubetur et transire ad oppidum quoddam Bellam nomine trans iordanem: quod ablatum ex urbe sanctis et iustis viris vindicte celesti fieret locus: tunc de urbe sacrilega: quod de populo impio per excidium patrie euerisionem sumede. Quanta ergo malis gens tunc uniuersa mulctata sit atque ipsa iudee terra: bello: fame: igne: cedibusque vastata sit. quanta populorum milia



patres filii cum coniugibus ac pueris liberi absque numero: absque discreti de trucidati sunt: que etiam diuersarum urbium obsidiones: sed et ipsius magnifice et famosissime ciuitatis hierusalē quanta vastitas: quanta fuerit diuersarum mortuorum strages: quisue per hec singula bellorum extiterit modus? Et ut finem id quod prophete predicterāt abominatio desolationis in ipso quondam dei famosissimo collocata sit templo. utque ad ultimum cuncta ignis populata sit: et flamma consumperit. si quis plene nosse vult: historias Iosephi relegendat. nos pro ex his ea tantum que ad explanationem suscepti operis sufficiunt assumemus: et in quibus refertur quod ex omni iudea populi in die solenni pasche hierosolymā velut exitiāli quadam manu cogente conuenerant. Quos tricenas cetena milia hominum dicit fuisse. iusto scilicet dei iudicio tempore hoc ultionis electo: ut qui in diebus pasche saluatorem suum et salutare christum domini crucientis manibus et sacrilegis vocibus violauerāt: in ipsis diebus velut in unum carcerem omnis multitudo conclusa: feralis pene exitium quod merebatur exciperet. Preterito que in eis vel gladium cedere: vel alius belli machinis collata sunt explicare: ea tantummodo que dire famis exitio pertulerint: supra dicti historiographi sermonibus preferam: que legentes hec intelligant quantum piaculisit audire aliquid in christum: que grauius hac causa supplicium experientur.

De fame que oppressit eos.

Capitulum VI.

De itaque quintus Iosephi historiarum liber ponatur in medium: ex quo omnis illorum luctuosa tragedia pernoscat: Diuitibus autem permanere inquit aut perire unum atque idem erat. Si enim in urbe permansissent facultatum suarum causa crimine obiecto quasi qui detransfugiendo cogitarent perirebant: Necessitas pro famis factiosorum extollebat arrogantiam: et vtriusque simul inedia cum temeritate crescebat. Publice quidem frumentum nusquam omnino erat: sed irruentes urbis prodones perscrutabantur domos: et si quidem inuenissent tantumque de his qui sefellerāt penas sumebāt. Si vero non inuenissent: nihilominus tantumque eos qui occulti et diligentius absconderint cruciabant. Indicum pro haberi ab eis pabula capiebant

hoc ipso quod adhuc viuere et subsistere corporibus videbant: tantumque qui perfecto iam interissent nisi absconditos versus iam tegeret cibos. Si quis sane tabescentes macie vidissent: hoc cum venia preteribant: superfluum putantes pretere mere quis paulo post absumeret fames. Vbi tamen in occultis omni censu suo mercati sunt unum metrum. Si diuites frumenti: hoc dei si inferiores fuerunt: et concludentes se in interioribus quibusque penetralibus domus. nonnulli nec in panes confectas fruges edebant. Alii pro in quantum vel necessitas vel metus permitteret excoquebant. Et mensam quidem nullus expectabat apponi sed ex ipso semivivis igni rapietes propria velut furtiua deuorabant: Et erat infelicis ipsius cibi spectaculum miserabile: cum validiores quique inuenta diriperent: imbecillioribus vero nihil preter luctum superat et lachrymas. et omnium horum acerbitates rerum super famem: nihil tamen ita subruunt et subuertit sicut precundia. Quicquid enim saluis rebus pudore dignum est: id in hac necessitate contemnit. Denique et uxores de viros rerum manibus: et filii de parentibus: et quod est infelicissimum: matres cibos de puulorum suorum manibus atque ore rapiabant. Et cum dulcissimi liberi in manibus atque ante ora positi tabescerent: exigua vite subsidia deturbis ipsis eximere nemo parcebat: Verum nec ipsos quidem infelices et periguos sumentes latebant cibos: sed continuo aderat prodonum quis et statim ut clauas cuiuspiam aperisset fores indicium credebat esse quod intrinsecus positi ederent: et repente dispicantur foribus precipites irruerant: atque ab ipsis (ut ita dicam) faucibus exprimentes si quid forte inconsumptum iam fuerat reuocabant. Verberabant senes si cuius videri tētasent. Sparsis etiam criminibus mulieres traherant occultare nitentes si quid forte deprehensum fuisset in manibus. Nulla senibus pro canicie reuerentia: nulla erga puulos miseratio: sed in exiguo panis fragmento puulos inherentes: et ex ipso cui inheferant suspēsos elidebant in terras. In eum vero qui raptorem cibo peruenisset assumptum crudeli seueiebant: et excogitabant dira supplicia: obdurantes infelicibus naturales digestionum meatus. Aliis vero pro acutas ludes pro eadem verenda adigentes (horresco que gesta sunt referens) ad confessionem pro hec unius panis: aut cyati farine miseris pro

gebant. Nam ipsi tortores nec patiebant famē. Esset enī quodammodo tolerabili<sup>9</sup> si hec cōpulsi inedia facere viderent: sed vt vel p̄pararent sibi imposteriū cibos: velut crudelitas exercitio cōualesceret. In his etiam si qui forte furtim per stationes hostiū pro colligēdis herbis erepsissent: occurrentis eis q̄ se hostiū manus effugisse gauderēt: diripiebant quicquid attulerant. Supplicantibus at̄z terribile quoddam sibi nomē dei inuocantib<sup>9</sup>: vt vel partes aliquā ex his que cū mortis periculo quesierāt indulgerēt: nihil pro suis p̄bebant. Sed z hoc beneficij loco cesserat si cōphēsuz viuū licuisset euadere. His autē post aliquāta adiūgit dicēs. Judeis hoc cū egressu vrbis omnis parit̄ spes excludēbat salutis. Et inualescens acerbitas famis domos simul z familias gētēq; vastabat: ita vt in penetrabilib; strata iacerēt mulierum paruulorūq; cadauera: p̄ plateas vero infeliciū senuz corpora fame magis q̄ etate consumpta. Iuuenes p̄o atq; omnis etas robustior: velut simulacra quedā in vijs z egressib; oberrabant: corruentes quocūq; loci gressum subruisset inedia. Sepelire autē cadauera proximorū nec defunctorum multitudo: nec viriū debilitas permittebat: simul z p̄ sue vnusquisq; vite incerto. Deniq; aliquātū sup eos quos sepeliebant animas emisere. Multi etiam dum prosequunt̄ funera priusq; ad sepulcra veniret̄ efflabant. Sed nec plangit̄ ex morte defunctis exhibebatur aut luct<sup>9</sup>: qz hoc sibi totū v̄dicauerat fames. Sed nec ariditas inedia humorē cuiq; reliq̄rat lachrymarum. obsederāt ciuitatē profunda silentia: et nox plena mortis cūtra contexerat. Quib; malis omnib; grauiorē soli vigeabant p̄dones: qui nec sepulcra quidem diripere: z spoliare cadauera illicitum ducebant: nō tam p̄dam petētes: q̄ scelus irrisione cumulātes: et aciez gladioz suorū in cadauerū obtruncatōne pbantes. Inedum etiā in nōnullos adhuc spirātes mucro examinandus agebat. quod alij semitendebant: vt in se quoq; beneficij loco cōuerterēt scel<sup>9</sup>: quo scz cruciatib; famis velocius absoluerent. Sed nouo crudelitatis genere necē quam sponte inferebant si

rogarent negebant. cum tamē vnusquisq; deficientiū cum gemitu oculos retorqueret ad templū: nō de morte propria dolēs: sed de impunitate predonū q̄s supstitēs derelinquebāt. Et primo quidem sumptu publico sepelire mortuos iusserāt fetoris intolerantia. Vt vero omnē sumptum cepit vincere multitudo morientiu; de muro cadauera p̄cipitabāt. Ad cum Tit<sup>9</sup> circūiens peruidisset repletos mortuorum cadaueribus vallos: et humani corpis tabe patriā terram rigari. cū ingenti gemitu eleuatis ad celū manibus decum inuocat testē: hoc suum opus non esse. Et post aliquāta itez talia quedā prosequit̄. Non contabor inquit p̄ferre quod sentio. Arbitror enim qz etiāsi aduersuz impios ciues rhomanorū paulisper arma cessarent: aut hiatu terre: aut aque diluuiō: aut sodomitanis ignib; et fulminibus celitus tortis supplicij ciuitas dependisset: que multo infastiozē illis q̄ hec perpessi sunt: et neq; rem virozū p̄sentē hanc protulisset etatē. pro quib; et oīs gens parit̄ meret̄ extingui. Sed z in sexto libro de eisdē talia scribit. Et eorum iquit qui p̄ totā ciuitatez famis inedia corumpēbant multitudo innumabilis erat: qz nec explicari miseria potest. Per singulas nāq; domos sic vbi fuisset aliquid cibi reperit̄: cōtinuo bella z cedes inter charos iposq; parentes ac liberos nascēbantur: dum nō solū e manibus: sed ex ipis etiā faucibus iuicē cibum rapere certabāt. Fides autē nec mortuis erat: sed ipicuz iam spiritū exhalarent perscrutabāt a predonibus: ne cui forte itra gremiū cibi aliquid resedisset. Alij at̄ per iediā hiātes velut rabidi canes: huc atq; illuc ferebātur: et quasi isania quadā exagitati ī easdē domos: sub momēto tēporis: iterū ac sepi<sup>9</sup> irruēbant. Omnia tamē necessitas vertēbat in cibum: etiam illa que ne mutis qdē animalib; edere vs<sup>9</sup> fuit. Ad vltimū ne loris quidē vel cingulis: aut ipis etiā calciamētis abstinerūt. Portarū quoq; indumēta detrahētes cōficiēda dentib; igerebāt. Nōnulli z feni veteri festucas edebāt: sed z de q̄sq; vnde cūq; collecti p̄uisimū pondus draehmīs q̄rtuoz distrabebāt. Sed qd opus est p̄ hec pond<sup>9</sup> famis illi<sup>9</sup> explicare: cū gestuz sit ibi facinus qd

## Liber III

neq; apud grecos: neq; apud barbaros vltus accepit auditus. Horrēdū qdē dictu: auditu qdē incredibile. Equidē libent tām mane facin<sup>o</sup> siluissē: ne qd me crederet monstruosa narrare: nisi multos memorie nre viros testes cōmissi sceler<sup>o</sup> habuissē. Porro vero nec aliqd i h patrie p̄stare me arbitror: si subtrahā eoz maloz; q̄ba q̄z ptulit facta. Aliq̄ qdā ex his q̄ vltra iordanis aluē cōmanebāt Maria noie: eleazari filia de vico berhezob. qd̄ interpretat̄ dom<sup>o</sup> isopi: gñe et facultatib<sup>o</sup> nobil<sup>o</sup> cū reliq̄ mltitudie q̄ p̄fluxerat z hierosoly mis repta cōmunē cū oib<sup>o</sup> obsidiōis casū ferebat. Hui<sup>o</sup> reliquas qdē facultates q̄s e domo in vrbē puererat tyrāni inuasere. Si qd̄ q̄o reliquiaz ex magnis opib<sup>o</sup> fuerat: q̄b<sup>o</sup> victū quotidianū p̄tenuē duce ret: irruentes p̄ momēta p̄donū satellites rapiebāt. Pro q̄b<sup>o</sup> ingens mulierē velut i sania iā qdā ex indignatiōe fatigabat: ita vt interdū p̄dones maledict<sup>o</sup> in necē sui: z puicū instigaret. Verū cū nec irritat<sup>o</sup> q̄s: neq; miserat<sup>o</sup> eā p̄meret: z si qd̄ forte cibi fuisset ab ea q̄sitū: id ab alijs q̄rret: nec iā vlt<sup>o</sup> repiendi copia fieret. fames at̄ dira viscerib<sup>o</sup> ip̄is insisteret: ac medullis z ad furore iā purgeret inedia: fame et ira pessimis vlt<sup>o</sup> cōsultozib<sup>o</sup> p̄tra ip̄a iā armatur iura nature. Erat nāq; ei sub vberibus puul<sup>o</sup> fili<sup>o</sup>. Hūc ante oculos ferēs: ifelic<sup>o</sup> inq̄t matris o ifelicioz fili i bello: fame: et direptione p̄domū cui te reseruabo: Nam est i vita sperari possit: iugo rhomane fuitur<sup>o</sup> vrgemur: Sz nūc ēt ip̄az fuiturē puenit fames. Predōes q̄o vtraz; vi q̄uiores purgēt. Veni ḡ nūc o mi nate: esto m̄ri cibus: p̄donib<sup>o</sup> furoz: secul<sup>o</sup> fabula: q̄ sola de erat cladib<sup>o</sup> iudeozū. Et hec cū dixisset fil<sup>o</sup> filiū iugulat. tū deinde igni superpositū torret: z mediū qdē p̄sumit: mediū q̄o seruat obiectū. Et ecce p̄festi predones irruunt: obuste carnis nidoze p̄cepto: mortez minant nisi sine mora cibos q̄s patos senserāt demonstraret. Tū illa eq̄dez p̄tē inq̄t vob optimā refuauit. Et p̄tinuo q̄ supfuerat mēbra reterit ifant<sup>o</sup>. At illos repente igens horror inuasit: z imanes q̄uis animi diriguere: vox faucib<sup>o</sup> iterclusa ē. Illa q̄o atroci vultu. z ip̄is iā p̄dōib<sup>o</sup> truculētior. me<sup>o</sup> inq̄t h fili<sup>o</sup> me<sup>o</sup> ē p̄tus: z facin<sup>o</sup> me

um est. Edite: nā z ego prior comedi quez genui. Nolite effici aut m̄re religiosozes: aut femia molliores. N si vos pietas vincit: z exetramini cibos meos: ego q̄ iā talibus pasta sū ego bis itez pascar. Post h illi territi tremētēsq; discedūt: q̄ hūc solū ex oib<sup>o</sup> facultatib<sup>o</sup> misere matri reliq̄rant cibū. Repleta est aut p̄festim vniuersa ciuitas nefarij sceler<sup>o</sup> nūcio. z vnusq; ante oculos facin<sup>o</sup> qd̄ p̄petratū fuerat adducens: tanq̄ si ipse id p̄petrasset horrebat. Omnes aut q̄s famis necessitas purgebat festinabāt mag<sup>o</sup> ad mortē. beatos dicētes eos q̄b<sup>o</sup> p̄tigit interisse: pusq; talū maloz rū polluerent̄ auditu. Hacten<sup>o</sup> Joseph<sup>o</sup>.

De his que a christo predicta sunt.

Capitulū. VII.

**S**it iudeos p̄ his q̄ in ch̄m deum cōmiserē piacul<sup>o</sup> talis p̄secuta ē pena. Dignū ē aut̄ huic historie adhibere dñicas voces: q̄b<sup>o</sup> ip̄e saluator talia secutura esse p̄dixit. Ue at̄ ait p̄gnantib<sup>o</sup> z nutrietib<sup>o</sup> vel lactantib<sup>o</sup> i illis dieb<sup>o</sup>. Orate aut̄ vt nō fiat fuga vestra hyme neq; sabbato. Erit enī tūc tribulatio magna qualis nō fuit ab initio seculi vsq; nunc: neq; erit. Colligens autē supradictas historiograph<sup>o</sup> omnē numeruz p̄mptozū: vel fame vlt<sup>o</sup> ferro vndecies centena milia designauit. ceteros q̄o latrones z sicarios ac p̄dones: post vrbis excidiū mutuis declarat̄ interisse vulnerib<sup>o</sup>. Electos at̄ quosq; inuenit quos decor z p̄critis corpis cōmendabat: ad triūphū dicit esse seruatos. reliq̄s aut̄ qui supra decē z septē annos agebant etatis: vinc̄tos ad opera egypti p̄ metalla designatos: vlt<sup>o</sup> p̄ ceteras prouicias esse dispersos. Alij quidē vt ludis gladiatorijs: alij vt ad bestias traderentur. Si qui vero intra septimū et decimū etatis reperti sunt annū p̄ diuersas prouicias in seruitutē distrabi iussi sunt. quozū numer<sup>o</sup> vsq; ad nonaginta milia perductus est. Nec vero omnia gesta sunt secundo āno imperij Vespasiani iuxta ea que ip̄e dñs z saluator noster Iesus ch̄s p̄dixerat. Quippe qui ea que gerenda erāt presentia iā videret: tūc cū fm euāgeliozū fidentem: videns ciuitatē stetit sup̄ eam. et velut in aurib<sup>o</sup> eius prolocut<sup>o</sup> est hec verba.

## Ecclesiastice historie

Si agnouisses inquit et tu in hac die tua que ad pacem tibi sunt: nunc autē abscondita sūt ab oculis tuis. Quia ueniet dies in te: et circūdabunt te inimici tui vallo. et circūdabūt te: et purgebūt te vndiq; et ad solū reducēt te: et filios tuos qui in te sūt. Sed et rursū tanq; de pplo dicēs. Erit enī inquit necessitas magna sup̄ terram. et ira populo huic. et cadēt in ore gladij: et captiui ducent in omnes gētes. et hierusalē erit conculcata a gentib; vsq; quo compleant tempora gentiū. Et iterum. Cum autem uideritis circūdari ab exercitu hierusalē: tūc scitote quia appropinquabit desolatio ei⁹. Cōparet nūc vnusq; dñi et saluatoris nr̄i sermones cū historiographi relatiōe de bello quod gestū ē atq; excidio ciuitatis. et vidēs miram diuine p̄scientie p̄tē: agnoscat p̄dicentis diuinitatē. Hec q̄dem iudeorū genti post passionē saluatoris iusta ultione uenerunt: p̄ eo q; auctores uite a semet vnīuersa gens cōclamauerat auferri. Uerūtamen nihil obstat etiā ea addere per que pietas et clementia dei licet ingratis uideatur ablata. Quadraginta nāq; post admissum piaculum cōtinuis protracta ānis. impioꝝ pena differēt. In quibus et apostoli omnes: precipue tamen Iacobus qui dicebatur frater domini in hierosolymis episcopus constitutus in desinenter populū cōmisse impietatis et feralis ausi: de scelere cōmonebant: si forte possent cōmissi penitentiā gerere: si possent flere pro scelere: et ueritatem penarū flāmas lachrymarū ueritate restringere. Ostendebat nāq; eis deus p̄ suā patiētā q; ipsorum quereret penitentiam: quia nō uult tantū de⁹ mortē peccatoris: q̄ntū uertat et uiuat.

De portentis ante bellū.

Capitulū. VIII.

**A** pud Palestinamque convenientes in unum sacerdotes dei: Marcionem hierosolymorum et Theophilum: et quibus iam supradiximus: et cum ipsis Cassianus Tyrius: et Clarus de prothomaida: et ceteri multi pariter congregati: cum de hac questione agerent: quod etiam apud ipsos apostolica traditio contineret: circa finem decreti quod in concilio eorum statutum est hoc modo indicant. Epistola autem nostre: exemplaria per omnes ecclesias transmittant: ut in rei efficiamur animamque

diversis erroribus immergant. Designamus igitur vobis quod et apud Alexandria eadem que apud nos die pasche solennitas geritur: quod et ipsorum nobis littere deferunt: et ipsi nostra septa suscipiunt: ut pariter et consonanter diem festum celebremus. Hactenus de supradicta questione et his que in veteris scriptis haberi reperimus.

Que de Hyrenis scriptis usque ad nos pervenerint.  
Capitulum XXVI.

**E**rat autem adhuc Hyrenis propter eos quos supra enumeravimus libellus: etiam aliud volumen egregium adversus gentes: quod de disciplina attribulavit ad Marcianum quendam scribam: et dialogi de diversis in quibus testimonia de epistola ad hebreos ponit plurima: et de sapientia que dicitur Salomonis. Hec sunt que ad nostram noticiam: etiam de Hyrenis opusculis pervenerunt.

Que etiam ceterorum qui in eodem tempore floruerunt:

Capitulum XXVII.

**Q**uomodus autem tredecim annis imperio gubernato Pertinax post se regnum reliquit. Duo sex solis mensibus retento idem Pertinax die vires obijt: et Severus post hunc suscepit principatum. Eius temporibus plurimi ecclesiastici viri nobiles et stilo illustres extiterunt: sicut et eorum monumentis agnoscimus.

De his qui Artemonis introduxerunt sectam: qualis moribus fuerit: Quoque pacto sacrosanctos libros temerare ausi sint.

Capitulum XXVIII.

**E** quibus est Eracitius: qui in apostolum commentatus est. et Marcianus qui de famosissima omnium hereticorum disseruit questione. que spiritus inquit ritur: unde sint mala: vel unde malitia: et que materia facta sit et non infecta. Sed et Candidus qui in hexameron id est de principio Genesis scribit. Appianus quoque de eiusdem similiter commentatur. Sextus etiam qui de resurrectione disseruit: et de ceteris nonnullis. Arabianus quoque et alij innumeri. quos longum est vel enumerare: vel etiam per aliquo illustri unumquemque dictorum suorum indicio designare. Plurimi tamen ipsorum exortas temporibus suis hereticorum perfidias confutantes: fide rectam et

## Ecclesiastice historie

apostolicam monumentis suorum volumi-  
num mandauere. ut Artemonis illius he-  
reseos auctorem quā postmodū Paulus  
samosatenus nostris iam pene tēporib⁹  
instaurare conatus est. de qua dignus est.  
que vel quā sit historia comprehendere.  
Hec Heresis puz hominē. id est absq̄ dō  
fuisse saluatore cōfirmat. id q̄ atiq̄tus ab  
ipsis etiā apostol⁹ traditū esse mentit. Ad-  
uersus quos vnus ex his quos supra me-  
morauim⁹ ecclesiastic⁹ scriptor ita respō-  
dit. Aiunt inquit aliqui etiam ipsos apo-  
stolos ita vel suscepisse. vel ceter⁹ tradidisse:  
sicut nunc ipsi asserunt. et hanc vitatē  
p̄dicationis esse seruata vsq̄ ad Victoris  
tempora. Et quō successores eoz scriben-  
tes aduersum gentiles: v̄ aduersum here-  
ticos. id est Justin⁹ et Hilciades ⁊ Zaci-  
anus et Clemēs: ⁊ alij q̄ plurimi d̄ deitate  
ch̄i apertissime differūt. Hyrenet vero et  
Helstonis: ceterozūq̄ qui per idem tem-  
pus fuerunt volumina quis ignorat: q̄b⁹  
deū ⁊ hominē simul p̄dicāt ch̄m. Sed ⁊  
psalmi vel cantica que a fratrib⁹ fidelib⁹  
initio scripta sunt verbum dei esse ch̄istū  
et deum tota hymnoz suoz laude cōcele-  
brant. Quōmō ergo tot seculis fidez p̄di-  
catū nunc isti asserant: q̄ a Victoris tem-  
porib⁹ exordium sumpserit: Quōmō au-  
tem Victor de hoc calumnia faciūt: q̄ sci-  
ant Victorē Theodotū Coriariū qui p̄n-  
ceps ⁊ pater extiterat impietatis ipsorū  
de cōmuniōe ecclesie repulisse. qui p̄m⁹  
Rhōme ausus est dicere purum hominē  
fuisse ch̄istum. Si em̄ Victor (vt dicūt)  
ita credebatur: quōmō eijciebat de ecclesia  
Theodotū blasphemie istius inuētozem:  
Sed de Victore hec cōmemorasse suffi-  
ciat: cui decem annis episcopatu functo  
Zeferinus sacerdotij successor extitit. no-  
no p̄ncipatus Seueri anno. De quo Ze-  
ferino eadem scriptura qua in supiorib⁹  
v̄si sumus talia quedam refert. Igitur cō-  
monebo vos fr̄es de his q̄ gesta sunt apd̄  
nos: q̄ si forte in sodomis accidissent etiā  
illos emēdare et corrigere potuissent. Lō-  
fessor quidam erat apud nos Fatalis no-  
mine: n̄ra adhuc confessus memoria. Hic  
deceptus aliqui ab Asclepiado quodam ⁊  
Theodoto collectarijs. qui ambo disci-  
puli erant Theodoti coriarij: illius qui p̄-


mus pro hac stulta assertione ab ecclesie so-  
cietate depulsus est Victor tunc vr̄bis  
Rhōme ep̄o ⁊ aduenit: vt accepto ab eis  
salario episcop⁹ illius heresis nominaret  
certa pactione. id est centum quinquagita  
denarijs menstrue p̄stationis. Quis Fla-  
talis cum se in hoc accept⁹ locasset: frequen-  
ter ammonēbat in somnis a d̄no: quia mi-  
sericors deus ⁊ d̄ns noster Iesus ch̄rist⁹  
nolebat martyrem suū quī sibi in multis  
passionib⁹ testis extiterat de ecclesia p̄de-  
re. Sed cuz negligētius suscipet visioes  
primatus amore et turpis lucri d̄uict⁹ il-  
lecebra ad vltimū a sanctis angelis p̄ to-  
tam noctem verberatus: ⁊ penis grauib⁹  
excruciat⁹: mane cōsurgens cilicio se in-  
duit et cinere se conspergit: ac multis lac-  
chrymis errorem suū desens: ante pedes  
se Zeferini episcopi prostermit et vestigijs  
omniū nō modo clericorū: sed etiam laico-  
rum multa cū lamentatione puolutus in  
lachrymas ⁊ miserationes omnē prouoca-  
uit ecclesiam vt indulgentiā sibi a ch̄risto  
continuis ⁊ iugibus pro ipso precib⁹ im-  
plorarent: ostēdens simul in cōspectu do-  
mini liuores corporis ei⁹ et cicatrices: q̄s  
pro nomie ipsius confessione susceperat  
vix aliquando in cōmuniōe ecclesiastici  
corporis reuocatus est. Sed ⁊ post aliq̄n-  
ta idem scriptor adiungit etiā hec. Scri-  
pturas autem diuinas absq̄ vlla timorē  
reuerētia coruperunt. antique vero fidē  
regulam: proterue ⁊ impie respuunt: igno-  
rantes ch̄istum. quem idcirco non inue-  
nerunt: quia non recte quesierunt. ⁊ in tan-  
tum stulticie impietatisq̄ prolapsi sūt: vt  
si quis eis sermonem de scripturis pro-  
posuerit: illi e contrario proponāt: vtrū  
hic sermo de quo agitur: coniunctum: aut  
separatum genus syllogysmi faciat: et de  
relinquentes sanctas dei scripturas: geo-  
metriam tractant tanq̄ qui vere de terra  
sunt de terra loquunt. Et ideo eum qui deo  
sursum est et d̄ celis venit ignorāt. Deniq̄  
Euclides apud eos vel maxime in geome-  
trie disciplinis viget. Sed ⁊ Aristoteles  
et Theofrastus ab his in ammiratiōe ha-  
bentur. Baliennus h̄o a nonnullis eorū  
et adoratur et colitur quorum artibus et  
doctrinis hereseos sue impietatem nitun-  
tur inserere. et deceptionibus hominū ig-

norantiū deū simplicitatē diuinā scri-  
pturaz & sinceritatē fidei subtrahūt. S; hoc faciūt: q; nec vicini effecti sūt fidei: p;pterea & diuinas scripturas absq; villo timore cōtempserūt: & corū p;petes eas emēdare se dicūt. Verum ne quis me putet falsa aduersus eos p;ferre: palam est omnib; noscere si quis vult exēplaria eoz accipere & cū alijs nihilomin; eoz exēplarijs cōferre: inueniet etiaz inter se ipsa mltū dissonare: quia vnusquisq; vt sibi videt emēdat. Deniq; asclepiodoti si pueniūt oino euz theodoto. tum deinde etiam discipulis eozū siq; forte transcripserunt: qd eis visus est vel addere licuit v' auferre: et oibus p;ferūt habere se emēdata: magis autē inq; nata exēplaria. Rursus Hermosili exēplaria nō cōsonant cū Apollonidis. Sed ne ipsa quidē sibi p; se concordat: si priora cum posteriorib; conferas. Semp emēdant quibus semp displicet quod emēdat. et noua queq; perquirūt: cum eis que in vsu sunt videbuntur aduersa. Quid autē temeritat; habeat istō admissum: neq; ipsos arbitror ignorare. Aut ei nō credūt diuino spū scripturas esse conscriptas & sunt infideles. aut semetipsos arbitrant sapiētiores esse spirita scō. Et qd aliō indicant per hoc nisi quia a demone agunt. Neq; em negare possunt factū suum: quādo qdēz etiā manus eozum in ipsis exēplarib; teneant: & nouerit ipsi q; a magistris suis & doctoribus scripturā fm illud corrupte legentis etiam explanatiōis susceperint intellectum. Quidam autem ex ipsis ne corrūpere iam scripturas dignati sūt: sed penitus abnegare legē sc; & p;phetas: & obtentu impie hui; assertiōis in vltimū pditiōnis gurgitē deuoluti sūt. Deniq; hec suscipiant bystorij esse mandata.

Explicit Liber quintus:

**Incipit Liber sextus**  
Ecclesiastice Historie: cum capitulorum annotatione.

De persecutione Seueri  
Caplm. I.



**Acum Bene**

r; q; p;secutiōib; agitarēt ecclesias p; clara a militib; chri; p; pietate certamina martyriū gerebant: precipue tu apud Alexandria q; ex oī egypto ac Thebaide velut i qdā stadiū pietatis Athethe dducebant: q; pro suppliciorum mortisq; patiētia consequabantur a deo immortalitatis coronas.

De martyrio Leonidis p;ris Origenis & de ipsi; Origenis a puero institutione.  
Caplm. II.

A quib; & Leonides Origenis p; p; martyrio chri; capite plex; tenerē adhuc etat; sup;dictū pue; derelict; q; t. Quicq; q;lib; animis ex eo erga diuine leg; studia viguerint nō erit iportu nū pauc; exponere. precipue q; & apd q; plurimos opinio d; eo celeberrima diuulgata est. Et si qdēz velit quis oēm vitam viri hui; litteraz tradere monumentis certum est quia tanta sunt de eo ac talia: que p;rium de eo & opus requirant: et ocium. Nos tñ in p;nti quāta possum; breuitate iherem; huic opi: etiā que ad ip; spectāt pauca de multis: que vel ex ipsi; epistolis ad nos vsq; seruat;: vel ex alioz bystorij; indicata cognouim;. Cuius gesta si res pateret; et ex ipsis cunabulis digna mihi videt; posteritat; memoria. Decimū namq; imperū agebat Seuerus annū: Alexandria; p; idem tēpus: omni; egypto p;si debat letus. Episcopatū i ea post Julianum Demetrius suscepit. Cum sup; modū accenso p;secutiōis incēdio & multis ea tempestate martyrio coronatis: in tantū ardore capescēdi martyriū puerulus tunc adhuc Origenes exarserat: vt spōte se piculis ingereret: & alijs in certamine posit; p;cep; in medios rueret: ita vt insectari ipam mortē & rape velle videret quaz & adipisci oimmodis potuiss;: nisi q; dispēsatiōe dñi ad vtilitatē putat; p; totū ecclesie edificatiōe seruatus per sollicitudinē matris q; gloriose mort; ei; desideria impediuit. Que cum p;mo maternis ei obsecratiōib; supplicaret. vt sibi cōsuleret. vt parceret matri: et ille ex his p;ci; istā mator ad amorē martyriū dderet: maxie ex

## Ecclesiastice historie

eo q̄ patrē iam teneri cognouisset in vinculis: et ipse p̄pere socius effici vinculoꝝ eius ac martyriū festinarz arte q̄dam materni affectū in hibeat. Etei cū maturare eū velle et āte Lucanū p̄rūpe ad agonū certamīa p̄sensisset: nocte cubiculi filij dormientis ingressa: oīa eius indumēta in quibz p̄cedi ad publicū potat furata subtraxit v̄t per hoc domi residere necessitate cogere. Ille maternis impeditis dolis: cū nihil aliud agere possz: nec tū mēs quiescere pateret. audet aliqd sup̄etatē. Epistolaz scribit ad patrē: se q̄dē maternis artibz d̄tineri: s̄ illū tenere debere q̄d cepit Et addit et̄ hec. Vide pater ne p̄pter nos aliud aliqd vel. Nec sunt p̄ma puerilia. Origenis rudimēta. Hic ludus eius infantie. Nec a tenero religiōis et pietatis indicia. Tal̄ in ep̄ erga deū coaluit affectus. Hinc iaz lectioni se cepit diuinorū voluminum mācipare: et in eruditōibz fidei diuine semetip̄m haud segniter exerceat: q̄m quidē iaz et a parēte in his imbui cepat: q̄ ei sensum inter seculares libros quibz in prima etate erudiebatur etiā nostraz scripturaz nōnulla interim legēda subijciebat. Tum deinde paulatim etiā p̄ferre bec scholaribus studijs cōmonebat. iaz inde etiam lectiōes erigere p̄ singulos dies et memorie cōmēdare puez nō inuitū: imo potius erga bec discēda p̄mptiorē cogebat. quip̄pe qui legens bec nō solo simplici intellectu videret esse cōtētus: sed negotia patri de scripture sensibz ac q̄stionibz commoueret: inquirēs ab eo q̄d sibi videret q̄ per sp̄m̄ sc̄m̄ scriptura dicit̄ inspirata: v̄l q̄d diuini p̄siliij tegat simplicitas ista verborū. At ille simulabat q̄dez increpare se euz et vetare v̄ltra etatē alqd querere. ap̄d semetip̄m tū incredibilit̄ exultabat: oīp̄os tēti gratias deo referens q̄ ei talis sobolis eē donauerat patrē. Deniqz frequē dicit̄ dormiēti puero religiosus ac sollicitus supueniēs pater opimentū pectoris detraxisse: et velut dei sp̄ritu intus icluso pectus eius tāqz templū quoddā veneratus et emulcens osculis abscelisse. beatum semetip̄m a deo effectū p̄ tante prolis felicitate gratularis. Nec et multa his filia in puerili etate Origenis extitisse memorant. Ut s̄o pater eius martyrio cōsū-

matus est: puer ip̄e euz matre vidua et sex alijs paruul̄ fratribz septimū d̄cimū agēs etatis annū. in summa facultatū penuria derelictus est: q̄m quidem census paternus qui vel maximus fuerat fisco p̄scriptio nez sociatus est. Nec tamē ei defuit omni potētis dei p̄uidētia. Ob insigne namqz vel litteraz vel religionis studiū a quadam nobilit̄ locupletissima femia p̄ familiarit̄ foueri cepit. Que tamen Paulū q̄ndam Anthiochie ortū antique heresis famosissimū seccatorez ad optiuū domū sue illo in t̄pe habebat. In q̄ adolescentulus Origenes cum necessitatem haberet ap̄d p̄dictam feminam vna degere documētū iaz inde a puero fidelissime et catholice sue mētis ostendit. Nam cum ad p̄dictū virū velut ad magistrū et sūmi nominis doctorē p̄ dies singulos imense multitudines conuenirēt: non solum hereticorū: v̄ez et ex nostris mltoz p̄ eo q̄ eruditio nis ei summa ab oībz crederet̄ nullo tamē pacto v̄l pro honoris gr̄a: v̄l etiā p̄ necessitate p̄iūctionis flecti potuit Origenes cum eosaltez in oratione cōsistere: ita ei a p̄ma etate ecclesiastice regule obseruātia honorabil̄ fuit: et hereticorū societas execrabilis. sic ip̄e in q̄dā loco opis sui ait quia hereticorū execranda doctrina est. Nec tū deerat ei erga cōmūes l̄ras studiū in quibz pater eū erudiendū tradiderat: sed exercitabat et in his mlto attētius etiaz post cōsumationē patris. In arte namqz gr̄amatica ita fuerat instructus v̄t et ad docēdū plene sufficeret: et ex hoc ei que ad necessitatē trāsigende domus videbant̄ necessaria pararentur.

De eo q̄ a puero s̄bū d̄ni p̄dicabat:

Capitulum III.

**U**rum euz p̄esset auditorio et gr̄amaticā doceret: sicut ip̄e in quibusdā scriptis suis refert: et cum Ecclie ap̄d Alexandriā magisterij d̄esset officij: cum q̄s oēs d̄urbati p̄secutorū nimis et ferocitatibz aufugisset aliqui gentiliū cōueniebant ad Origenē tūc ad huc gr̄amaticā docentē: audire ab eo s̄bū d̄ nostra fide ac religiōe cupiētes. Quos ille non soluz ad fidem de p̄fidia cōuerte bat verū etiā p̄fecte vite institutōibz infor-

mabat. Quorum primus extitit Plutarchus: qui per ipsum conuersus ad fidem nostram: non solum perfecte vite instituta seruauit: uerum etiam quae est summa beatitudinis martyrii consecutus est palmam. Secundus cuius hoc fuit Heraclius: et natura Plutarchi frater et meritis: Qui cum ab eo in fide nostra atque scientia: sed et vite purioris institutionibus ad perfectum fuisset instructus. Alexandrine ecclesie presesse post Demetrium subrogatus est. Sed ea tempestate quae Aegla Alexandriae atque Egypto praesidente persecutionum rabies increcebat: octauodecimum Origenes agebat etatis annum: Quo in tempore per famosissimum apostolos oes uel incredulos: uel fideles domi forisque nomen eius effectus est: praecipue per id quod sanctos oes in praesentis uinculis positos non solum sermone et cohortatione perfecte et spiritualis doctrine ad martyrium roborabat: uerum etiam multos suis officiis ac ministerijs et uinculorum penis et squalore carcerum subleuabat. Saepe denique etiam ante tribunalia iudicum et in ipsis eorum cruciatibus aderat: aduersum perphanas interrogaciones iudicum: affectu eis ac mente compatiens: uultusque et nutibus si dici poterat uelut firmiores eis responsiones subijcere gestiens: Sed et cum suam suscepissent eadem fiducia utebatur: oibus se periculis inserens: nec trepidans coram persecutoribus intuentibus extremis quibus osculis martyres salutare: ita ut non nunquam per his etiam impetum in eum gentium fieret. Sed diuina dextera cum administratione omnium praesectus euaderet. Uerum nec enumerari facile: nec requiri potest: quotiens et quibus crebro imo et per singulos pene dies de quantis eum et quibus periculis dum erga praedicationem uerbi dei impiger et promptus esset: eadem illa diuina dextera praeseruauit: quotiens in insidijs positus qui eum clam interimerent effugit. Et in tantum aduersum se dum in opere dei promptus est infidelium concitauit insaniam: ut turme militum disposite domum eius in qua commanere uidebatur obsiderent. nec tamen eum capere: aut tenere potuerint diuina protectione seruatum. Tanta rabies contra eum mentes hominum inceserat: pro his solo quod plurimos per eum uidebant ad fidem nostram ab incredulitate conuerti. Et in tantum quotidie aduersus est persecutio cum mulabatur ut tota urbs maxima Alexandria

eum tegere non posset: sed de domo ad domum transierit: et tamen undique fugaretur: cum postea uideretur per loca singula multitudines plurimas per eum ad fidem dei sociari. Obtinebat autem haec: quia non solum in uerbo erat effectus doctrina: uerum etiam in opere consummate discipline praebat exempla. et dicebatur (ut aiunt) de eo quod habet quod quale habet uerbum: tale habet uitam. et quale habet uitam: tale habet et uerbum: quoniam quod docet agit: et quod agit haec docet. Manifeste autem et euidenter aderat ei diuina gratia. per quam innumeros ad imitationem sui in fide dei prouocabat: Unde et uidens Demetrius episcopus quod ad ipsum praecipue doctrine gratia et praedicationis uerbi dei: multitudines plurime conuolarerent cathedricandi ei. id est docendi magistratum in ecclesia tribuit. Secundus post apostolos apud Alexandriae Paterminus. secundus per ordinem Elemens. tertius administrauit Origenes ipsius discipulus Elementis. qui Elemens in opere Stromatheo ubi etiam tripartito quibus libros describebat in proemio designauit: et ad fines imperij Commodi pertendit. Unde certum est quod Seueri tempora haec ipsa quae nunc habemus in manibus continerebat. Qua tempestate etiam Judas quidam scriptor alius de septimanis qui Daniele referuntur differuit. quod et ipse decimum Seueri imperatoris annorum regni commemorat. Is etiam diuulgata antichristi praesentiam iam iamque estimans imminere ex persecutionum nimietate: multorum ex nostris fidelium animos perturbauit. Igitur Origenes iniuncto sibi a Demetrio episcopo magistrum officio grammaticam scholam negligere cepit: magis se per uerbum dei praeserens. Ut si sane etiam consilio non puerili. Bibliothecam gentiliuorum librorum iradidit cuidam fidei amico: pactus cum eo quatuor sibi obolos ex eius precio per dies singulos inferri: quod scilicet ne quis esse cuius in sustentanda uictus necessitate: nec congregata pecunia domi reseruare uideretur. Igitur in talibus institutis plurimum temporis exagens: uita: moribus: exercitijs: per omnia christianus praesens habebatur: cum et puuencilibus cupiditatibus reprehendis: et per sapientie perfectibus capessendis die noctisque artibus se abstinentie constringeret frenis: et indefinenter diuinorum librorum meditationibus ihereret. In abstinentia prima: in ieiunijs

## Ecclesiastice historie

Indefinentibus in vigilis pene iugibus, ita ut si quoniam parum aliquid somni necessitas naturalis exigeret: hanc ipse non supra stratum quod omnino nullo utebatur: sed supra nudum solum dependere sufficiebat. Ante omnia vero precepta euangelica et voces saluatoris summo amore et studio implendas esse censebat. quibus precipue duas tunicas non habendum: neque calciamentis utendum: neque de crastino cogitandum quod ille singula summa cum diligentia et fide preceperat explere, et super vires atque etatem suam apostoli monita in frigore et nuditate agone patientie desudabat. Ita cunctis auditoribus suis renuntiandi omnibus quod possidebant: et beate paupertatis prebebat exemplum. Erat igitur per hec charus omnibus et acceptus. In his vno tristis quod plurimos reddens: nonnullos offendens: quod cupientes de facultatibus propriis aliquid sibi saltim virtutis gratia ministrare pro districta continentie disciplina refutabat. Cumque utique per laborem quo in verbo dei desudabat: non solum duplici summa apostoli: sed et multiplici honore dignus ab omnibus duceretur. Sed ille honorem sibi summum in continentia deputabat. Denique et per multos annos traditur absque omnibus calciamentis nudis incessisse vestigiis: vixit quoque usque: ceterorumque simulum nisi ex ea sola quod vite necessitas deposcebat nudum penitus habuisse: usquequo in composito stomachi imo iam pene periculo cogere retur. Talibus igitur vite atque instituti sui exemplis in formas eos quos a gentili vita et stulta philosophia: ad veram christi philosophiam sapientiamque converterat: non solum in intimis anime arcanis fidem habere docuit per hoc quod gerit ab eo videbant que docebantur: verum etiam ad martyrium eos amorem per ea quibus quotidiano roborebantur exercitio provocabat. Ex quibus et multi comprehensi in persecutione palmam martyrii consecuti sunt.

Quanti per ipsum docti martyres facti sunt.

Capitulum. III.

In his primus erat Plutarchus de quo paulo superius memorauimus. Quis cum venisset populum ad mortem ductum et assistere ei Origenem qui horum tantu suo ad magnanimitatez animos eius erigeret: velut mortis eius auctorem discer

perere eum pene et interficere vulgus irruere erat nisi et tunc ope diuine pudencie et fortissimi manibus suis creperet. Post Plutarchi martyrium secundus ex Origenis discipulus martyr efficit Serenus. Tertius ex eius discipulis auditoribus Eracles martyrio coronatus. Quartus Heros neophytus. Nam superior Serenus adhuc cathecuminus consumatus est. Quintus eius deschole martyr efficit alius nomine Serenus: quod post multa supplicia pro christo etiam capite plebe traditur. Sed et mulieres plurime in quibus Eracles quedam cathecumina de qua ipse in quodam loco ait: quod ignis baptismum consecuta sit.

De Potamiana.

Capitulum. V.

Ed et Potamiana famosissima femina et martyrum: et ipse carnis sibi ex basilides: et in nostram usque memoriam ab incolis loci perennis virtutum Potamiane fama celebratur: quod immensos et innumeros agones primo pro virginitate et pudicitia desudauerit, deinde etiam pro martyrio exquisita atque inaudita tormenta protulerit: atque ad ultimum vna cum venerabili matre Marcella ignis supplicis consummata sit. Traditur igitur Aqlaz (hunc enim erat tyranni iudicis nomen) posteaque crudelibus eam supplicis lacerauerit: ad ultimum ob iniuriam et nobilitatem eius et castitatem comminatum esse Potamiane quod eam vel crudelissimis gladiatoribus: vel impudicissimis leonibus traderet. At illa cum ab ea quid mallet vel quid eligeret quereret: protulisse aduersum tyrannum vocem liberam: que ob superstitionem Rhomani ritus sacrilega videretur: et ideo sine mora in eam lata esse sententiam. Cumque Basilides vno ex his quibus implere spiculatoris officium mos est: susceptam eam duceret ad supplicium: ac multitudo impudicorum pariter et impiorum Potamiane prebibus et iniuriis conaretur illudere: Basilides abigere impudenter irruentes ac deturbare cepit humanitatem et miseratidis obtentu. At illa religiosum viri votum erga se et propositum humanitatem amplexa: certus esto inquit quod cum abiero ad dominum meum sine mora boni tibi remunerationem parabo. Post hec autem prebibus pstanter suscepit statuta supplicia pie calide: paulatim

partus ac mēbra diffuse. et hoc modo beata sgo et terris migravit ad celū. Flō multas aut post dieb' Basilides cū inter colū legas suos ob causam quādam iuramentū posceret: ait sibi nō licere omnino iurare, p eo q' esset christianus: et hoc publice fateretur. Joco estimat' est pmo dicere. tuz deinde cū constantius affirmaret: pertrahitur ad tribunal: vbi cuz perseverasset in cōfessione vinculis tradit. Tuz vero visitantibus eū nostris et causam subite ac laudabilis hui' pmutationis inq̄rentibus dixisse tradit q' Potamiana post diez tertium martyriū sui nocte assistens coronā capiti suo iposuerit: dicens deprecataz se pro ipso dñm et impetrasse vt fm q' scriptū est: Qui recipit martyrē: mercedē martyriū cōsequet'. Quibus auditis cōfestim fratres signum ei dominicū tradunt, et die postera ob dñi martyriū capite punitur. Sed et alijs pluribus per illud tēpus apud Alexandriam cum discipulis suis cuz quibus verbo dei in Origenis schola operam dederat Potamiana: simile mun' tradit pstitisse: assistens eis p visū et coronas martyriū impetratas a domino deferens. S' de his ista sufficiant.

De eo q' Origenes se castravit.  
Capitulum VI.

**F**itur p idem temp' cuz docendi officio apud Alexandriam pisset Origenes gestū qd ab eo traditur qd iuuenilis fortasse et minus perfecti sensus videatur: sed pfecte fidei ac nimie castitatis indicium cōtinens. Illud namq' quod scriptū est in euangelio. quia sunt eunuchi qui seipso castraverūt propter regnum dei: etiaz fm historiā implēdum credidit: nō solū castitatis obtentu verū qm psecutionis tēpore tam i publico q' i occulto ac secreto: et tā vir' q' femineis verbū dei predicabat. vtz quo omnē occasionē turpis maledicti gratia ifidelibus fideret excludere: dominicā voce reatq' opere in semetipso aggressus est adimplere. Cūq' id p eo ne ab hominibus laudē q̄reret: sed a deo mercedē speraret in occulto esse voluisset: tamē latere nō potuit: sed rei geste indicium ad Demetriū ep̄m puenit. Itq' igenti pmo stupore admirat' ē

audacis animi p̄tutē: tū deide collaudat' fidei ei' magnitudinē vel calorē: et tāgrā de i ope dī ppositū nūc maxime ait cepto operi doctrine et p̄dicationis iſisteret qm aduersarijs nulla obrectādi suspicio de relicta est. Et tunc q̄dez talis erat Demetrii sentētia cū nihil anios icenserat: qd recti iudicij regulā i partē alterā declinaret. Postea s' cū vidisset adolescentis famā fat' fieri clarā: et magno eū domi foris q' p̄conio extolli: hūane ifirmitat' aliqd passus: op' qd ip̄e p̄us cū ingēti admiratione laudauerat ifamare postmodū cepit. Nā cū apd palestina p̄cipui et eminentes iter ep̄os viri. id est hierosolymoz Alexander et Theotist' cesaree vidētes diuini nū opus eius in s'bo dei: ordinassent euz p̄sbyterū ac sūmo euz sacerdotio iam iāq' dignū p̄barēt: id q' dignissime factuz ab oib' laudaret et ne sic q̄dem dign' honore sapientie ei' ac p̄tutib' i eum collat' diceret: vebemētissime momordit h' sermo Demetriū et nō inueniēs in eū causam alterius criminis: h' qd aliquādo puer adhuc ille egerat: et ep̄us iāz iste laudauerat postmodū criminis loco ptulit. etiam in illos culpā q' eū ordinauerant conat' iflectere. sed hec postmoduz gesta sunt. Tūc porro Origenes apd Alexandriaz doctor ecclesie valde clar' habebat: omnibus quos fama ei' ad audiendū eū puenire puocabat: s' bñ dī p̄dicās. sic apls dī. oportune: ip̄ortune p̄ diē. p noctē. publice et puatī: velut abscessis oib' ip̄edimētis: liber prorsus et cū oī fidutia rem gerebat. Cum vero decē et octo annis Sever' tenuisset impium: Antonin' ei fili' succedit. Quo in tpe q' plurimi erant q' in p̄fessōib' gloriā quesiērant: dei tamen prouidentia fuerāt reseruati.

De Alexandro et Marcisso  
Capitulum VII.

**F** q' Alexander de q' paulo ante memorauim' p̄fessōis titulo sat' clar': hierosolymoz ecclie subrogat' ep̄s: cū superesset adhuc Marcissus: qui pri' inibi functus est pontificatus officio. Verum quoniaz Marcissi memoriā sermo progrediens attulit: cōgruum mihi videtur aliquid de eius ge-

## Ecclesiastice historie

his insignibus memorare. de quo ab in-  
colis quodam loci per plurima memorie tradunt.  
Nos pro unum opus eius memorabimus ex quo  
ceteris que de eo narrant: merito fides pos-  
sit adhiberi. Accidit aliquando in die so-  
lenni vigiliarum pasche oleum deesse lumina-  
ribus. cumque id per ministros innotuisset me-  
rorum plebi maximus fuit. Sed Marcissus filius  
de fidei minister imperat haurire aquas:  
sibi quoque de ferri. Cumque detulissent oravit et  
bonum dixit aquam: et infundi luminaribus prece-  
pit. Tunc repente miro et seculis inaudito  
genere virtutis natura aque in olei pinguedi-  
ne versa: splendor luminis etiam solito red-  
didit clarior. Ad fidem autem rei a pluri-  
mis religiosorum fratrum ex eodem oleo quod  
versus de aqua fuerat reservatum est: ita ut  
nos usque miraculi huiusmodi iudicium perveniret.  
Et in hoc quodam fidei eius ac meriti habebat  
exemplum. Animi pro virtus quanta in eo fu-  
erit: alio nihilominus uno ex eius gestis ope-  
re declarabit. Is namque cum inter cetera vir-  
tutum suarum bona esset valde constantis ani-  
mi: et in se rectique indeclinabiliter tenax quod  
dam hominibus nequa male sibi conscium me-  
tuentes ne criminum suorum si arguerentur non  
possent effugere vindictam: perveniunt facti-  
onibus: circumvenire parat eum cuius iudicium  
verebantur. Concinnat igitur adversus eum  
infame satis et noxium crimen. Conveniunt  
auditores: testes ex semetipsum perducunt: qui  
sub sacramento iuramenti que obijciebantur  
confirmarent. quorum unus testis ita ut non  
igni consumeret vera se dicere testabatur. alius  
ita: ne regio morbo corrumperetur. tertius  
ita: ne luminibus orbaretur. Et quis ne iu-  
ramentis quidem istis quisque fidelium et deum  
timentium crederet eo quod vita Marcissimi et  
institutio ac pudicitia ab omnibus nosces-  
ret: ipse tamen eorum que mota sunt indigni-  
tate ac molestiam non ferens simul et secre-  
tam ac philosophicam vitam semper habe-  
re desiderans. subterfugit ecclesie multitu-  
dinem: et in desertis locis atque agellis secre-  
toribus diletescit anis quam plurimis. At non  
ille magnus divine providentie oculus que  
scit in longum. sed in impios ultionem per  
ea ipsa quoque que sibi in periurium statuerant  
maledicta molitur. Primus namque ille tes-  
tis parva ignis scintilla noctis tempo-  
re domo sua succensa: cum omni genere

omni quoque familia: flammis ultricibus conflagra-  
vit. Alius repetit ab imis pedibus usque ad  
summum capitis verticem morbo regio que fue-  
rat imperat replet atque consumit. Tertius autem  
priorum exitum videns: et oculum divinum non se-  
latuisse perspicies. prumpit in medium: et au-  
dientibus cunctis sera penitentia universum  
concinnati sceleris ordinem pandit. Tunc  
autem laqueum imanis commissi facinus des-  
flet et intantum die noctumque perdurat in flentibus:  
usque luminibus orbaret. Hi igitur fra-  
gmenti sui huiusmodi penas dederunt.

### De episcopis hierosolymorum Capitulum VIII

**N**arcissus vero cum ita desertum per-  
tisset: ac locis semet secretioribus  
abdideret ut ubi non degeret nul-  
lus agnosceret: necessarium visum  
est episcopis ecclesiarum vicinarum ut alius pro  
ipso ordinaret cui nomen erat Dinus. Cuius  
cum parvo tempore profuisset ecclesie: suc-  
cedit Germanio: et Germanioni Gordus.  
Tunc ecce subito velut rediit: celo quoque red-  
ditus ex ipso: ovis apparuit Narcissus: et  
rursus a fratribus ad presidium rogaret eccle-  
siae. Multo ei vehementer erga eum amor  
omnium fuerat incitatus: vel pro eo quod criminosis  
innocens cessit: vel quod secretam et phisicam vitam  
dilexit: et quod in eo compleretur dominus dicens. Ubi  
vindicta: ego retribuam dicit dominus.

### De Alexandro. Capitulum IX

**U**erum cum ipse iam senio fessus pontifi-  
catus ministerio sufficere non pos-  
set: Alexandrum de quo superius me-  
moravimus quod iam esset episcopus alterius  
loci: divina dispensatio in adiutorium Nar-  
cissi senis evidentissimis revelationibus  
evocavit. Is namque Alexander ex gente cap-  
pado cum ubi erat preclare urbis episcopus:  
hierosolymam adorandi et sanctorum locorum  
videndi gratia peraverat. Quae loci inco-  
le mentes eorum instigante deo cum omni amo-  
re et officiositate suscipiunt ac vi charitatis  
et dilectionis nexibus vincunt redire non sinunt  
domum. Ostendebat ei evidenter a domino:  
non solum ipse beato viro Narcisso: sed et alios  
plurimos per revelationes in plebe: ut ipsum  
in loco sancto eum detinerent. Preterea quod  
supra cetera omnia magis terrificum fuit



Eo die quod ingressurus urbem Alexander nunciatus est: et multitudo fratrum plurima ex portis in occursum eius egressa est. vox ce litus manifestissime omnibus audientibus facta est dicens. Suscipite episcopum qui vobis a deo destinatus est. Cunctis ex his omnibus euidenter apud cunctos fuisse dei dispensatio declarata: episcopi vrbium vicinorum copertis omnibus quibus de eo res gerendi iudicio docebat: residere inibi eum necessario copulerunt. Ipse ergo Alexander in epistolis suis ad Antoninum ita scriptis que usque ad presens seruantur apud nos: meminit Marcissimi tanquam socii et consortis in episcopatu. his ipsis verbis de eo scribens. Salutat vos Marcissus qui anteme episcopatum huius ecclesie regere cepit: quique mecum positus orationibus vestris ceteris iaz et sedecim annos vite sue gerit: qui et ipse vos mecum pariter deprecatur esse concordem. De his quod talia. Apud Antiochia vero defuncto Serapione episcopo: asclepiades loci illius suscepit sedem: qui et ipse vnus ex preclaro confessorum numero fuit. Meminit etiam huius ordinatiois supradictus Alexander antiochenis scribens hoc modo. Alexander seruus et vinculus Iesu christi beate ecclesie que est apud Antiochia in domino salute. Reuelauit dominus vincula mea: et carceris huius mei dilatauit angustias. ex eo quod cooperi sancte ecclesie vestre Asclepiadem virum dignissimum sacerdotium suscepisse. Hanc autem epistolam indicat se per Clementem antiochene ecclesie presbyterum transmississe. scribens in fine epistole huiusmodi. Hec autem vobis domini fratres scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum virum in omnibus virtutibus probatissimum quem nostis etiam vos. et eo amplius cognoscetis. Cuius presentia apud nos per dei prouidentiam procurata. et confirmata: et auxit ecclesiam dei.

## De Serapione et libris eius.

## Capitulum. X.

**S**icut Serapionis episcopi eruditi viri puto quidem etiam alia opuscula apud alios haberi. Ad nos autem illa tantummodo venerunt que ad dominum quendam scribit: qui in tempore persecutionis a fide christi recedens ad supsti

tionem iudaicam declinauit. Et ea que ad Petrum et Larcum ecclesiasticos viros scribit: et alie nihilominus eius sunt ad alios epistolas. Sed et ille liber venit ad nos quem scribit de euangelio Petri ubi arguit quedam falsa in eo conscripta emendare cupientes fratres qui erant apud Rossium qui per occasionem scripture ipsius in heresim declinabant. Dignum tamen mihi videtur pauca quedam de eius libello inserere: ex quibus innotescat que fuerit eius de ipsa scriptura sententia. Scribit ergo in quodam loco ita. Nos enim fratres et Petrum et alios apostolos recipimus sicut christum. Que autem sub eorum nomine falsa ab alijs conscripta sunt velut gnari eorum sensus ac scientie declinamus: scientes quod talia nobis non sunt tradita. Ego enim cum essem apud vos putabam omnes recte fidei esse inter vos et non decurso libello qui mihi offerebatur in quo nomine Petri conscriptum euangelium ferebatur dixi: Si hoc est solum quod iter vos simulatim videtur inferre: legat codex. Hunc autem compro quod hi qui codicem illum legi debere asserunt prospectu cuiusdam occulte heresis fieri poposcerunt: sicut mihi dictum est. Festinabo iterum venire ad vos. Nos enim nouimus fratres cuius heresis fuerit Marcianus: qui etiam sibipsum contrarius extitit: non intelligens que loqueretur: que etiam vos discitis ex his que scripta sunt vobis: inuestigata per nos ab illis qui hoc ipsum euangelium secundum illius traditionem didicerant. et successores extiterant scientie eius quos nos vocamus: quia in hac ipsa doctrina illorum sunt que plurimum in sensu ab ipsis mutuati. Nam certum est quod plurimum secundum recti rationem sentiunt de saluatore: alia vero aliter: que et subieciimus. Hec Serapion scribit.

## De libris Clementis.

## Capitulum. XI.

**C**lementis vero libri habent plurimum: apud nos tamen hi sunt qui inueniri potuerunt stromatum libri octo: quos hoc modo pretitulauit. Titus Flauus Clementis de vera philosophia commentarii scientie stromatis. Stromateam autem nos possumus intelligere tanquam opus varie contextum. Sunt et alij eius

## Ecclesiastice historie

dem  
libri octo: quos nos  
possumus informationū v'l disputationū  
nominare. In quibus nominatum Pārthe-  
ni meminit: tāq̄ propriū magistri et expo-  
sitiones ipsius plurimas scribit: et tradi-  
tiones eius operi suo inserit. Est etiaz li-  
ber ei⁹ ad gentiles exhortatorius. et alius  
liber qui dicitur pedagog⁹. et ali⁹ qui su-  
per scribitur quis est qui possit salu⁹ fieri  
dices est. Est et ali⁹ libell⁹ de pascha: et di-  
sputatio de ieiunio: et de obrectatione.  
Et alius exhortatorius ad patientias. Et  
alius ad neophitos. Sed et ille qui super  
scribitur canon ecclesiasticus. Item ali⁹  
de his qui iudaicum sensum in scripturis  
sequunt: quem ad Alexandrum supradic-  
tum episcopū scribit. In Stromatibus au-  
tem non solū ea que ex diuinis scripturis  
sumpserat sternit: sed et ea que apud grecos  
auctores habentur. Utile nāq̄ ei visum ē  
in illo ope compare ac conferre sibi inuis-  
cem dogmata. vel ea que diuinit⁹ sanc-  
ta sunt. vel que a sapientibus grecorum inuen-  
ta: vel etiā que ceteris barbaris visa sunt.  
Arguit etiā hereticorum errores: historiam  
quoq̄ inibi plurimam texit: et ex omnibus  
materiam nobis eruditōis perfecte cō-  
posuit. Unde merito libros suos stroma-  
teas appellauit. id est laciniōsa quadaꝫ et  
varia diuersitate p̄textos. Utitur sane ex-  
emplis etiam ex his libris. quia nonnullis  
minime recipiendi vident. id est. ex sapiē-  
tia que dicit Salomonis. et ex sapientia  
Sirac. que appellat Ecclesiasticus apud  
latinos. Sed et de Barnabe et Clemētis  
epistola ponit rhomani exēpla. Utit etiā  
de epla Jude. Meminit p̄terea et scri-  
ptorum antiquorum Taciani cuiusdā et Las-  
siani velut qui chronica scripserint Philo-  
nis quoq̄ et Aristoboli et Iosephi ac Des-  
metri et Eupolemi iudeorum scriptorum  
Conferens etiā antiquissimis grecorum.  
moysaicum et iudeorum genus antiquius  
esse cōprobat. Multaq̄ alia instrumēta  
optimarum institutionū in illo opere cō-  
texuit. Et inter cetera hoc in primo libello  
indicat: quod ipse non longe post apostolos  
fuerit. promittitq̄ cōmentarios se in He-  
nesim scripturum. In bello autem quem  
scripsit de pascha confitetur extorqueri sibi

ex fratribus: ut ea quae a presbyteris. id est a successo-  
ribus apostolorum voce sibi sola tradita sunt de-  
scriberet in libris: ac postea traderet. Me-  
minit inibi Heliodoris et Hyrenei: cetero-  
rumque quorum etiam quasdam narratio-  
nes inseruit. In libro hoc id est.  
informationum ut breuiter dicam vniuer-  
sum pariter scripturam diuinam compen-  
diosis disertionibus explanauit. In quibus  
ne ea quidem que apocrypha a quibusdam  
habentur preterit: ut est Petri reuelatio.  
De epistola vero ad Hebræos ita disserit:  
quod manifeste Pauli sit apostoli. scripta sit  
autem hebreo sermone tanquam hebreis. A  
Luca vero qui erat Pauli discipulus in-  
terpretata in grecum. unde et stilus eius  
magis similis videatur libello illi quez Lu-  
cas de apostolorum actibus scribit. Quam-  
tem superscriptionem solitam inibi non  
habet: idem Paulus apostolus hoc esse ra-  
tionis ostendit. quia preiudicatum hebreis  
erat de Pauli nomine: ne eius dicta susci-  
peret. et idcirco prudenter declinasse: ne  
statim in principio Pauli nomine inspe-  
cto lectio eius repudiaret. Post pauca hoc  
addit etiam hec. Sic inquit beatus presbyter  
dicebat: quia domini apostolus omni-  
potentis dicit missus ad hebreos. Pro his  
militate ergo Paulus qui ad gentes fue-  
rat destinatus: non scripsit semetipsum hebreo-  
rum apostolum: vel propter honorem domini  
qui se missum dixerat ad oues israel: vel quod  
gentium videbatur apostolus. Exponit  
p̄terea ea idem Clemens in ipsis libellis  
de ordine euangeliorum traditionem sibi a  
senioribus presbyteris traditam. et dicit prio-  
ra esse posita illa euangelia que de genera-  
tionibus continent. id est. Matthei et Mar-  
ci. Causam vero fuisse euangelium Mar-  
ci cum beato. Cum Petrus rhome publice p̄-  
dicasset verbum dei: et in spiritu exposuisset  
euangelium: auditores rogasse Marcum  
qui olim iam sectator ipsius fuisset cōscri-  
bere ea que sciebat ab apostolo p̄dicata. Quam-  
quam id factum Petrus postmodum cognouisset:  
licet fieri ipse non iusserit: tamen factum non p̄-  
hibuerit. Joannem vero postmodum di-  
cit cum vidisset quod ea magis que secundum car-  
nem sunt in euangelis haberentur: deprecu-  
catum a discipulis scripsisse etiam que ad

spiritum pertinent. Unde repletus spiritu euangelium spiritale descripsit. Hec Elenus. Alexander pro de quo superius memorauimus: Elenus simul et Pantbeni ad Origenem scribens meminit: velut qui sibi etiam in corpore noti fuerint. Scribit autem hoc modo. Hoc enim et voluntatis dei fuit sicut ipse nosti ut amicitie que mihi a patribus fuerunt inuolante duraret: imo pro et ardentius ac robustius auerent. Patres autem nouimus fratres illos qui nos preceserunt: ad quos paulo post etiam nos abibimus. Pantbeni dico dominus meus: vere beatum et sanctum dominum meum Elenum: qui me in multis instruxerunt. Sed et si qui alii tales sunt: per quos etiam te cognoui virum per cuncta egregium: et dominum mihi et fratrem. Hec quidem ita se habent. Adamantius autem: erat et hoc nomen Origeni: cum per idem tempus Zepherinus rhomane ecclesie presideret: rhomam venit: sic ut ipse in quodam loco scripsit: dicens. Uoti sibi fuisse ut antiquissimam romanorum uideret ecclesiam. Ubi non multo tempore peracto ad iniunctum docendi officium. Alexandriam redire festinat: ibique cum omni sollicitudine et studio religioso susceptum opus explebat. Demetrio tunc episcopo non solum cohortante se et confortante: uerum etiam se preferente qui tenuis fratribus diuine eruditionis non deesset instructio.

De Eracla

Capitulum XII.

Posterea cum uideret Origenes non sufficere ad omnia. id est vel in profundioribus et diuiniore pertractandis: uel in sancte scripture explanationibus differendis uel etiam in coram qui quoti die fidei addebant instructionibus: uel institutionibus ad implendis. ex quibus omnibus ne respirare quidem ei unius saltem hore liberum tempus dabatur: dum semper ex alijs in alios vocaret: ita ut a prima luce usque ad profundam uesperam nunquam cessaret auditorium suum: alijs accedentibus. alijs non discedentibus. Dum uerbi dei dulcedine conligati sunt: ut illic esse ratus est segregare incipientium turbas: et unum ex discipulis suis plene iam et optime instructo uiro atque in omnibus uirtutibus sibi probato Eraclum tradere: participemque eius officij sui ac laboris assumere. Erat enim et in sermone

disertissimus: et in omnibus philosophicis eruditionibus appime institutus. Huic ergo tradendi prima elementa incipientibus delegat officium. Sibi pro profecto instructiones reseruat.

Quantum studij fuerit Origeni erga scripturas diuinas.

Capitulum XIII.

Post cetera quoque eruditionum suarum studia ne illud quidem omisit Origenes perscrutari: et addiscere etiam hebrece lingue potestatem ut agnosceret uel ea que a iudeis hebraicis litteris leguntur qualia sint: uel ceterorum interpretum que preter septuaginta interpretati fuerant: quanta esset editionum diuersitas: ita ut preter istas que in usu sunt Aquile uel Simachi uel Theodotionis: inueniret etiam alias in absconditis ac secretis latentes. In quibus ne noua que de interpretum repperit scripta. Hoc autem solum dicit de eis quod aliam que de in actiaco litore apud Nicopolim: aliam in Hiericho: atque in alijs alias repperit locis. Ubi et illos famosissimos codices per ipsum composuit: in quibus singulos columnellas e regione separatim opus interpretis unius cuiusque descripsit: ita ut in primo omnium ipsa hebrece uerba hebraicis litteris poneret. Secundo in loco per ordinem grecis litteris e regione hebrece uerba describeret. Tertiam Aquile editionem subiungeret. Quartam Simachi. Quinta septuaginta interpretum que nostra est. Sextam theodotionis collocaret. Et propter huiusmodi compositionem exemplaria ipsa nominauit. id est ex simplici ordine conscripta. In psalterio autem et alijs nonnullis interserit aliqua etiam de ceteris istis editionibus: quas quoniam sine nomine auctorum repperat: sextam et septimam editionem nominauit.

De Simacho interprete

Capitulum XIII.

Sciendum tamen est quod existit ipsis interpretibus Simachus hebrece fuerit: qui cum heresarchem de Joseph et Maria natum horez puz fuisse et legitime ritu iudaico esse seruadum: sic iam et superius memorauimus: sed et commentarios quosdam

## Ecclesiastice historie

Simachus ipse cōscripsit. in quibus conat de euāgelio s̄m Mattheū autoritatē sue heresis cōfirmare. Nec ipse Origenis cuius interpretatōe ipsi? Simachi scripsit se apud Julianū quēdam reperisse. q̄ se dices r̄ hos libros ab ipso Simacho suscepisse

De Ambrosio et studio Origenis.

Capitulum XV.

**I**n his et Ambrosius quidam vir et genere et l̄ris satis clarus cū Valentiniani dogmat̄ sectator existeret: s̄m v̄itatē catholice fidei ab Origene cōuict̄: et tanq̄ veri luminis spendo re radiatus: relictis error̄ tenebris: ad ecclesie se catholice lucem splēdorēq̄ cōuertit. Sed et alij plures eruditi viri et in sciētia. litterarū admodū nobiles cū de Origene gloriosissima per omnē locū celebrat̄ opinio: certatim consuebant ad eum: vel ob certamina cōmouēda: vel quib̄ reuictio: inerat mētis sententiā ad audiendā tenendāq̄ veritatē. Innumeri etiā ab hereticis veniētes conuicti per eum et penitentes ab errore cessabant. Philosophorū quoq̄ opinatissimi quicq̄ et qui in summo nomie habebant tam in nostris eum q̄ in suis magistr̄ in compabile fatebant. Erat namq̄ ei mos iste vt si quos nostrorū adulescentulorū ingeniosos videret: et lectiōi satis dditos: traderet eis etiā ea quib̄ philosophi velut primis elementis discētes ibuere solēt. id est v̄l Geometrie partes. vel arithmetice disciplie. et si qua alia ad instructionem p̄tinēt disputandi. Si quādo igit̄ necessitas poposcisset: vt aliq̄ de libris philosophic̄ explanaret: etiā ab ipsis eruditissimis in illa disciplina viris cum tanta admiratione audiebat: vt summus apud illos: et quasi vnus ex veterib̄ et primis illis autoribus philosoph̄ haberetur. Multos etiā idiotas et impitos ad discendū cohortabat dices nō parum ad intelligentiā scripturarū emolimenti eis cōferri: si aut in liberalib̄ litteris: aut etiā in philosophicis exercerentur. Dicebat em̄ hāc nostram veram esse philosophiam: cū partes illas grecoz que vera nō est philosophia p̄cepisset. Nō ergo aiebat idcirco debere partes suas omittere veritatez: q̄ eas sibi p̄ueniens falsitas vendicasset. De

niq̄ existūt testes studiorum eius plurimi etiam apud philosophos: quorum nōnulli libros suos ad ipsam scribebant: alij autem iudicio eius cōprobandos deferebant. Deniq̄ etiam ille qui apud Siciliam aduersum nos libros cōscripsit Porphiri? quibus diuina volumina criminatur. cū ad explanatores eorum venisset: nec inueniret aliquid in commentarijs Origenis cui culpam possit ascribere: ad conuicia et maledicta se vertit: et maculas ei infigit omni apud nos laude dignissimas: in quibusdam quidem vere dicendo: in quibusdam autem more suo falsa fingendo. Et nunc quidem eum tanq̄ philosophum miratur. Hunc s̄o tanq̄ christianum notat. Audi deniq̄ quibus verbis de eo p̄sequitur. Adherent (inquit de christianis loquens) ineptijs iudaicarū scripturarū: in quibus cum absolutio vel explanatio nulla sit: ad quasdam se narratiōes incōgruas in cōuenientesq̄ conuertunt: que nō tam explanatiōes sint in his que obscurasunt q̄ laudem plausumq̄ differentib̄ conferant. Nam ea que Moyses agresti et simplici sermone cōscripsit diuinit̄ sancta: et figuris atq̄ enigmatibus oblecta confirmant: atq̄ ingentibus repleta mysterijs inflati mēte ac tumidi: obturbato in semetipsis ratiōis humane iudicio sacramēta putāt: in quibus impitus et agrestis scriptor explicare se nō valet. Et post aliquanta iterum dicit. Huius aut̄ absurde expositiōis initiū processit a viro: quē etiam ego adhuc cum essem valde paruulus vidi artem totius eruditionis tenētē: sicut etiam ex his que posteritatis memorie tradidit voluminib̄ comprobāt Origenes hic est cuius ingēs gloria inter eorum magistros habet. Sic namq̄ auditor Ammonij fuit: qui summā inter philosophos p̄cessores n̄ros tenuit. Sed Origenes quātū quidē ad eruditionem p̄tinēt litterarum totum pene in semetipsuz transfudit magistrum. Quātū s̄o ad vite recte lineam et sanum propositum spectat doctoz contrariū iter abiit. Ammonius quippe cū christianus fuisset a paruulo: et christianis parentibus genitus: postq̄ ad etatem sapiēdi ventū est: et philosophie ianuā cōtigit: continuo ad legū

Vinum vite se contulit cursum. Origenes  
 e contrario cum esset paganus: et gentili-  
 bus. id est grecoꝝ studijs eruditus ad ritū  
 religiōis barbaraz declinauit. quo se confe-  
 rens: omne illud p̄claz ingenium philoso-  
 phicis litteris expolitū viciavit atq; corru-  
 pit dum vitā q̄dem tanq; christianā? et im-  
 pius agit: doctine hō et eruditōis greco-  
 rū p̄fulgidū lumē iēptis et fabulosis nar-  
 ratiōib; occupauit. Asssecutus quippe fue-  
 rat oīa Platonis secreta. Institutus fue-  
 rat in libris Neumenij et Cronij et Appo-  
 lofanis et lōgini. sed et Moderati atq; Hi-  
 comachi in Pythagoricis hō sūmoꝝ viroꝝ  
 rum non eum latuere cōmētarij. Attigit  
 etiā Eheromonis Stoici et Cornuti vos-  
 lumina: et q̄b; omnia secreta q̄cunq; et my-  
 stica apud grecos habent assumens: ritū  
 barbaro et supstitiōibus iudaicis coapta-  
 uit: ac phōꝝ gloriā ad dogmata externa  
 et pegrina conuertit. Hec Porphirius in  
 tertio aduersum ch̄ianos libro scribit: in  
 vno vera: in altero falsa cōmemorās. Hāc  
 de studiū et ingenij potētia supradicti viri  
 haud p̄cul. q̄ se habet vitas retulit. Et hō  
 de supstitutione gentili ad ch̄ianoꝝ cultum  
 cōmemorat eum esse trāslatum: et Ammo-  
 niū a christianis ad errores paganoꝝ dila-  
 psū: manifestissime fefellit. Origeni q̄p-  
 pe fides et disciplina ch̄i abauis atq; at-  
 tauis seruabat. Nam de Patre martyre  
 paulo ante retulimus. Ammonius hō sis-  
 dem ch̄isti q̄ etiā inter philosophica stu-  
 dia integram illibatāq; seruauerit: quoad  
 vsq; vltimū vite spūm exhalaret: testes sūt  
 libri eius q̄ etiā nunc habentur luculen-  
 tissime de nostra religione conscripti: et p̄-  
 cipue volumen illud quod de Moyse at-  
 q; Jesu cōsonātia scripsit. Sed et multa  
 alia p̄clara eius opuscula: que ab studiof  
 quibusq; p̄ magnifica habent. Hec autē di-  
 ximus etiā inimicoꝝ testimonijs. pbare  
 cupientes: q̄ mira et apud ipsos habita sit  
 Origenis eruditio vel doctrina. Ipse hō  
 de se respōdens quibusdam qui ei pro hu-  
 iusmodi studijs obtrectabāt ita scribit  
 Eū hō ad verbi dī mestudia cōuertissem:  
 et fama de nob̄ celebrior haberet: atq; ob  
 id nōnulli phōꝝ: vel ad p̄cōtandū: vel ad  
 obsistendū adire nos et congregari conueni-  
 rent: hereticoꝝ quoq; q̄ plurimi ad impu-

gnādos nos excitarent: visus mihi est vel  
 philosophoꝝ vel hereticoꝝ dogmata dili-  
 gentius p̄scrutari: ne ad p̄uincēdos eos  
 si ignorarem q̄ apud ipsos sunt imparatioꝝ  
 inuenirem. Hoc autē facim? exēplū sequen-  
 tes prioris nostri apostolici viri Panthe-  
 ni: qui in grecoꝝ studijs et phie eruditōis  
 bus q̄ maxime effloruit. Sed et Era cle q̄  
 nunc apud Alexandriā cathedrā p̄sbyte-  
 riū adornat: quem ego apud magistrū phi-  
 losophoꝝ reperi: illi studijs aliquot iam  
 annis operam dante priusq; ego oīno vl-  
 inciperē. In tātū autē nihil ex hoc supra di-  
 cto viro obtrectatiōis exortū est: vt etiam  
 cōmunē habitū quē pri? gesserat dponēs:  
 philosophica assumeret indumēta: quib;  
 vsq; ad p̄sens vti non destitit. libros quo-  
 q; philosophoꝝ legere: et in his exercere  
 nunq; cessat. Hec ipse pro se querulis qui-  
 busdam respōdens scribit. Per idem hō  
 tempus cum apud alexādriā: in verbi dei  
 studijs exerceret: adest vir quidam milita-  
 ris epistolas ei a Demetrio episcopo: sed  
 p̄fecto tūc Egyptia duce Arabie deferēs  
 cum omni velocitate et instantia Origenes  
 illo vsq; orātis emitti: vt sibi de fide ch̄i-  
 stiquam per eum clarissime predicari fre-  
 quens nunciabat fama dissereret. A qui-  
 bus exortatus: abiit: edocuit: crediderunt  
 redijt. Post aliquantum hō tempus apud  
 Alexandriam bello ciuili exorto: alius alio  
 ipse ad Palestie partes secessit et apud Le-  
 saream morabat: vbi et disputādū in eccle-  
 sia: atq; explanādū diuinas scripturas ei  
 ab episcopis inungebat officium. Et qui-  
 dem necdum p̄sbyterij sibi ordinatōe col-  
 lata: sicut relatum inuenimus in epistola  
 Alexandri rescribēt Demetrio post mul-  
 tum tempus hec ipse culpāti. Scribit au-  
 tez hoc modo. Quod autē addidisti in lit-  
 teris tuis: quia nunq; auditum nec aliq̄n-  
 do factus sit: vt presentibus episcopis la-  
 ici disputent. Nescio quam ob causā tā  
 apertum mēdaciū asserere volueris: cuz  
 consuetudo hec sit vt sicubi inueniant q̄  
 possint fratres obstruere in ecclesia: et cō-  
 solari plm. ad tractādū sp̄a sc̄tis ep̄is in-  
 uiten: sicuti Euelpi? a fratre nostro Hez-  
 one apud Iarandos. et Paulinus a Celso  
 apud iconiū: et apud synnadaꝝ Theodor?  
 ab attico. Hō autē dubiū est q̄ et alij plim

## Ecclesiastice historie

in alijs locis (si que sint) qui possint opus dei in s̄bo ⁊ doctrina cōpetenter explere: ad hoc ip̄m a sanctis ep̄is inuitētur. S̄z hec postmodū gesta sunt. Tūc s̄o rursuz Demetri⁹ l̄ras misit ad eū p̄ electos viros diacones ecclesie Alexandriā redire: et cōsuetō op̄i insistere omni cū affectiōe deponens.

De ep̄is qui t̄p̄e Origenis fuerunt.

Caplm. XVI.

**H**oc rebant aut̄ p̄ idē t̄p̄s plurimū disertissimi i ecclesijs viri: quorū epl̄as quas ad se inuicem dabant repim⁹ i hierosolimoꝝ bibliotheca ad nos vsq; fuatas quā cōstruxerat vir eruditissimus de quo sup̄ memorauim⁹ Alexander loci ipsius ep̄s. Unde ⁊ nos (vt fateamur qd̄ vez est) totius hui⁹ op̄is notri ⁊ historie cōscribende materiā sumpsimus. Erat aut̄ int̄ ceteros ⁊ Berillus scriptoz p̄cipuus: qui ⁊ ip̄e diuersa opuscula dereliquit. Ep̄s hic fuit Ap̄d Bos̄trā Arabie vrbem maximā. Erat ⁊ nihilominus ⁊ Ipolitus: qui ⁊ ip̄e aliquanta scripta dereliquit ep̄s. Venit ad nos etiam Sai⁹ cuiusdaz disertissimi viri disputatio aduersum Proculum Catafrigā: habita in vrbe Rhoma p̄ntē ep̄o Zepherino: Qui cū argueret Catafrigā qd̄ nouas sibi q̄sdaz scripturas p̄sumeret: ip̄se inter cetera Pauli apli tredecim esse epl̄as asserit: eā que ad hebreos scripta est nō cōmemorās: q̄ etiā nūc ap̄d latinos putat nō esse Pauli apostoli. Verum Antonino septem annis et sex mensibus imperio summato Macrinus succedit. Qui cum post annū fuisset defunctus alius Antoninus regni Rhomanū suscepit p̄ncipatus. Cui⁹ p̄mo imp̄ij anno ep̄s vrbis Rhome Zepherin⁹ dies obiit: decem ⁊ octo annis sacerdotali functus officio. Post hunc Calistus sacerdotium suscepit. Quo q̄nq; annis admistrato post suū finē sedem dereliquit Urbano. Post Antoninū s̄o Rhomanū imp̄ij qd̄ ip̄se solis q̄ttuor annis tenuit Alexander suscepit. Tūc etiāz Asclepiade apud Antiochiam defūcto: Philetus in ep̄atū succedit. Alexandri s̄o imp̄atoris m̄ Hammea noīe de raris religiosa femia: cuz de Origene fama magnifica vbiq; ⁊ celebrissima habere: ita vt ne p̄ncipum q̄dez late

ret aures: comperta opiniōe viri summo nisi gestire cepit: quatenus sibi eius p̄sentia fieret: vt in litteris: in sermone: in fide in prudentia: oīq; doctrina quā cūct⁹ in admiratōe esse cernebat p̄ semetip̄az sumeret documēta. Iḡit Antiochiā vbi p̄ idē t̄p̄s degebat: missis militarib⁹ vir⁹ cū omni honore ⁊ supplicatiōe ad se: tanq; vere diuini s̄bi it̄ptē famulūq; di orat venire. Quo cū venisset: et q̄ntuz oportebat op̄is expleisset ac t̄p̄is. oīb⁹ rite pactis q̄ ad verbum dei ⁊ gl̄iaz d̄ni spectant. stabilesq; ac firmos in fide q̄s instruxerat dereliquēs: p̄ntia quā fama longe clarior factus ad p̄rias scholas Alexandriam redijt.

De Ipolitū libris Caplm. XVII.

**I**n illis diebus Ipolitus: de q̄ paulo ante memorauim⁹ inter cetera scripta sua libellū de pascha scriptū edidit. In q̄cū descriptionē q̄ndā t̄p̄oz faceret de sedeciz annoꝝ circulo q̄ in pasche ratione obseruari debet: nescio quam supputatiōe secutus vnīuersa t̄p̄oz pora intra primū Alexandri imp̄ator⁹ annum p̄cludit. Sed ⁊ alij libelli eius p̄ueniunt ad nos. id est in hexameron: ⁊ in ea q̄ post hexameron scripta sūt ⁊ cōtra Marcionē: et in cātica canticoz. et in partē q̄ndam Ezechielis p̄phete: ⁊ contra oēs heresecos. Sed ⁊ alia apud alios opuscula ei⁹ inueniri certum est. Ex illo t̄p̄e etiam Origenes conscribēd̄ i cōmentarios in scripturas sanctas inuituz sumpsit: compellēte se Ambrosio: ⁊ mlt̄a vi p̄cū obsecrationūq; cogente. Quiq; sibi Ambrosius tantū studij adhibuit. vt omnia que in hoc opus essent necessaria affati atq; affluent p̄beret. Notarios septē adhibuit q̄ ei incessabiliter astarent: quiq; sibi inuicem illo pene indefinenter dictate succederēt. Scriptores q̄z alios tantos. Sed ⁊ puellas app̄ime eruditas in scribēdo totidē nūero i s̄ ip̄m vacare fecit. Oib⁹ q̄z extrinsecus necessarijs abūdātissime ministratis: q̄tidianū. de illo opus s̄bi dei violentus ⁊ religiosus cōpulsor exigebat. Sed ⁊ ip̄e ex se ingēs studium in eruditiōe s̄bi dei adhibebat. Vn̄ maxie dign⁹ videbat cui istud imp̄ederet officij: ⁊ cui q̄cqd̄ arcanū ⁊ absconditū i sacris litteris tectum est panderetur.

Quo Digenes p̄sbyter factus est.

Capitulum XVIII.

**I**nterea Urbanus ep̄s i vrb̄e bo-  
ma octo annis administrato sacer-  
dotio Pontiano sedē reliq̄t. Post  
Philetū ap̄d Antiochiā Zebēn̄  
eccl̄iaz suscepit. Quo in t̄p̄e Digenes ro-  
gatus est ab eccl̄iis q̄ sūt ap̄d Antiochiā  
vt illo vsq; p̄conuincēdis hereticis qui in  
ibi liberius cōualuerant pueniret. Quo cū  
pgeret et iter necessario agerz p̄ Palestinā  
p̄sbyter apud Cesaream ab illius puincie  
ep̄is ordinat: Pro hoc autē q̄ aduersum  
eū in hūanis liuor accēderit: et rursus p̄  
defensione ei⁹ que gesserint hi q̄ eccl̄iis  
p̄sidebant: quantaq; alia p̄ eo qd̄ in p̄dica-  
tione verbi d̄ifat: clare effloruerat mota  
sint: p̄riā quidem singla queq; historiam  
requirunt. Tamen et nos in secundo libro  
tres apologias ex par-  
te quadā p̄strinximus: vnde facili⁹ agno-  
scere potest qui scire d̄siderat. Interea in-  
gi et cōtinuato labore in explanatiōe diui-  
noz voluminū p̄sistebat siue Alexandrie  
siue apud Cesareā positus: sic ex ipsis ei⁹  
cōmentariis indicat. Exponens sane p̄ri-  
mū psalmū designat etiam ipse qui sit cas-  
non veteris testamēti: hoc modo scribēs.  
Non est ignorādum inquit viginti et du-  
os libros esse in canone veteris testamēti.  
sicut hebrei tradunt fm̄ numez scz elemē-  
roz que apud ip̄os habent. Et paulo post  
addit. Hec sūt autem viginti et duo libri.  
Genesis. Exodus. Leuitic⁹. Nūmeri. Deu-  
teronomiū. Jesu naue. Iudiciū. Regnoz  
primus et secundus vnus liber est apud il-  
los: quem noiant Samuel. Item tertius et  
quartus vnus est apud ip̄os: quez appella-  
nt Regnū David. et Paralippomenō  
pmus et secūdus in vno habent: quem dis-  
cunt: sermones dierū. Desdras pm⁹ et sec-  
cundus in vno est. Item Liber psalmoz  
Salomōis puerbia: et Ali⁹ Ecclesiastes  
et tertius eiusdē Cantica canticoz. Sed et  
duodecim p̄phetaz liber vn⁹ est. et Esaias  
p̄pha. Hieremias. Ezechiel. Daniel. Job.  
Hester. In his cōcludūt canonē volumi-  
nū diuioz. Machabeoz p̄o libros extrin-  
secus habent. De noui autē testamēti. cano-  
ne in libro p̄mo cōmentarioz euāgelij fm̄  
Mattheū hoc mō scribit. Ex traditione

inquit didici d̄ quatuor euāgelij: quia hec  
sola absq; vlla contradictōe suscipi debēt  
in oib; que sub celo sunt eccl̄iis d̄i. Ita  
etei tradiderūt patres. quia p̄mo om̄ium  
scriptuz sit euāgelij a Mattheo qui ali-  
quādo fuerat publicanus: hebraicis litte-  
ris: et traditū his qui ex circūcisiōe credi-  
derant. Secūdū p̄o scriptuz esse a Mar-  
co: iuxta ea que sibi tradiderat Petrus. d̄  
quo et in ep̄itola sua cōmemorat dicens.  
Salutat vos filius meus Marcus. Ter-  
tium esse fm̄ Lucam: quod Paulus apo-  
stolus collaudat tanq̄ his q̄ ex gētib; cre-  
diderant sc̄ptū. Sup̄ omnia p̄o euāgelij  
luz esse Joannis. De Apostolicis q̄z litte-  
ris ita dicit. Is p̄o qui idone⁹ dicit factus  
est minister noui testamēti: nō littera sed  
spiritu Paulū dico: qui repleuit euāgelij  
um ab hierusalem in circūitu vsq; ad illy-  
ricū. Nec ad om̄es eccl̄ias quas docu-  
erat scripsit: sed quattuordecim solas ep̄i-  
stolas: et in ipsis plures breuissimas scri-  
psit. Quis et nōnulli d̄ ea que ad Hebreos  
scripta est dubitauerint: p̄ eo qd̄ nō videat  
in ea seruari eius illa sn̄ia quam de se ipse  
p̄nuciat. dicens se impitum esse sermone  
Sed ego dico sicut mihi a maiorib; tra-  
ditū est: quia manifestissime Pauli ē: et sp̄-  
oēs antiqui maiores nostri ita eā vt Pau-  
li ep̄istolam susceperunt. Si p̄o requiras  
a me per quez sit eius sermo compositus:  
pro certo quidez deus viderit. Opinio t̄m  
que ad nos vsq; puenit h̄mōi est. A qui-  
busdam dicebat qd̄ Clemens apostoloruz  
discipulus et ep̄s vrb̄is Rhome greco eaz  
sermone: non tamen sensibus expoluerit.  
Alij qd̄ Lucas qui euāgelij scripserit et  
actus apostoloruz. Petrus p̄o super quem  
christi fundat ecclesia duas t̄mmodo ep̄i-  
stolas scribit: e quibus a nōnullis et de ses-  
cunda dubitat: Joannes quoq; qui supra  
pectus d̄ni recubuit post euāgelij scri-  
bit et Apocalypsim: in qua tamen reticere  
iussus est quid septez tonitruoz voces lo-  
cute sint. Sc̄psit autē et tres ep̄istolas in-  
quib; due p̄breues. De quib; et ap̄d quos-  
dam dubia sententia est. De his quidē ta-  
lia

Quo Eraclas apud Alexandria sus-  
ceperit sacerdotium.

Capitulum XIX.

## Ecclesiastice historie

Posterea dicitur erat annus supra dicti principis romanos in quo Origenes ex Alexandria profugus Cesaream venerat. Eracle vni ex discipulis probatissimo (de quo supra dixi) Laetheceus adiutorium drelinquit. Flomul to aut post et Demetrius episcopus defunctus est qui draginta et tribus annis episcopatu illius ecclesie ministrato, cui succedit supradictus Eracles. Per idem tempus erat in episcopatu magnificus Firmilianus Cappadocum gentis urbis Cesaree. Hic tantum venerandiis erga Origenem scientie et doctrine gratiam habebat ut indefinenter constringeret eum secum morari. Sed et ipse derelicta ecclesia ad ipsum perrebat: et utebatur religiosa quadam vicissitudine: dum ipsum modo ad instructionem sue ecclesie illo euocaret: modo ipse sui profectus gratia ad ipsum pergeret: et doctus ei diebus ac noctibus assideret. Sed et Alexander quem hierosolymorum ecclesie esse super edocimus: et Theodotus qui apud Cesaream gubernabat ecclesiam: omne pene vite sue tempus ad audiendum eum mancipabant: atque ipsi soli in diuinis scripturis et ecclesiastica doctrina summam magistrum concedebant.

De persecutiōe Maximini  
Capitulum. XX.

Alexandro hoc impatori post tredecim annos principatus sui defuncto Maximinus cesar succedit. qui dum odio fert aduersum decessoris sui Alexandri domum persecutiōes commouit ecclesiis: ita tamen ut eos tamen qui plus perant et doctrine punire iuberet: velut que causam ceteris hominibus persuasiones preberet. Tunc Origenes librum de martyrio ad Ambrosium scribit. Qui cum ad plurimos peruenisset tanquam neruis quibusdam validissimis stabiliti sponte se ad confessionem christi nominis offerbat. Et quo et maximus numerus extitit confessorum tribus annis a Maximino persecutiōe commota. In quibus finem et persecutiōis fecit et vite. Post quem Gordianus imperium suscepit. Pontiano hoc sex annis episcopatu urbis Rome factus succedit Antherus. Qui cum mensem unum non amplius ministrasset: Fabiano sacerdotium dereliquit.

De ordinatione Fabiani episcopi: et mirabilibus que in ea gesta sunt.

Capitulum. XXI.

Radit autem Fabianum Anthero defuncto cum de agro reuerteret una cum amicis suis: et vniuersus ecclesie plus prope delegendo in unum coisset: atque alius de alio (ut fieri solet) in talibus proclamaret: nec tamen vulgi sententia certaliquid obtineret: astitisse etiam ipsum inter ceteros scire cupientem qui rei exitus foret. Et subito pro dei prudentia columba celitus lapsam: figuram ferentem illius que in sanctis patris imagine super Iesum descenderat apud Jordanem super caput astitisse Fabiani. Ad quod spectaculum ora cunctorum oculos conuersos: et omnes veint vnosque commotos hunc esse episcopatu dignum per dei iudicium dixerunt: eumque continuo cathedre impositum et legitimo sacerdotio confirmatum. Quod alij super huius: alij super Zepherini nomine gestum tradunt. Tunc etiam apud Antiochia episcopo Zebeno defuncto Babilas ecclesie suscepit principatum.

Quanti discipuli fuerint Origenis:

Capitulum. XXII.

Pud Alexandriam hoc cum Eracles Demetrio successisset auditorium Laetheceus quod ab origine susceptum tenuerat Dionysio tradidit: eo quod et ipse vni ex discipulis esset Origenis. Ipse autem cum apud Cesaream moraretur: innumerum ad eum non solum religionis ipsius virum sed ex prouincijs perculpositis concurrerunt: et derelicta patria ac parentibus sequebantur eum viam dei docentem. In quibus fuit et vir famosissimus Theodorus ipseque non longe a nostra memoria nobilissimus in episcopatu apud Pontum Gregorius nomine: fide et pietate atque scientia apostolica. Sed et eius frater Anthenodorus: quibus Origenes adolefcentulos auditorio rithoris retractos studia communium scripturarum in diuinam suavitatem commutare. Quibus apud eum per quinquennium tempus verbo dei opera dantes: in tantum profectum diuine eruditionis atque scientie peruenierunt: tantumque vite merito et more cultu enituerunt: ut ab scholis eius immatura adhuc etate ad episcopatus Pontie prouincie sacerdotium vterque raperet.

De Africano

Capitulum. XXIII.

Er idem tempus erat etiam Africanus vir in scripturis ecclesiasticis nobilissimus. Huius epistola fertur ad Origenem



nē scripta obijciētis ei vel pponētis q̄ hi  
 storia Susanne q̄ in Daniele scripta ē fr  
 eta videat: et aliena a scriptura p̄phetica.  
 Cui Origenes magnificēssime rescribēs  
 asserit nequaq̄ in droz cōmentis et frau  
 dibz auscultandū. S; h̄ solū p̄ h̄o habēdū  
 in scriptur̄ diuinis q̄ septuaginta inter  
 p̄tes trāstulissent: qm̄ id esset solum qd̄ au  
 ctōitate ap̄lica p̄firmatū est. Uenerunt  
 ad nos etiā alia sup̄radicti scriptor̄z Afri  
 cani opuscula: et maxime chronica valde  
 diligenter studiosq̄ cōposita. in q̄bz cō  
 memorat se Alexandriam p̄perare Eracle  
 op̄ in iōe celeberrīa p̄uocatu: quē et i diuin  
 nis et i philosophic̄ studijs atq̄ oī grecoz  
 r̄udōctrina iūctissimū fama loqueret̄.  
 quemq̄ inibi ep̄atus officīū suscepisse su  
 peri⁹ memorauim⁹. Idem q̄z Africanus  
 scribit ad Aristidē quendā de ea q̄ videt̄  
 euāgelioz dissonantiā. et cur Matthei et  
 Lucē i generatiōe ch̄ri ferat̄ diuersa con  
 scriptio. vbi ostendit euidentissimā vtri  
 usq̄ p̄sonatiā. sicut iam in p̄mo libro hui  
 us op̄is edocum⁹. Per idēz ip̄s Origen  
 nes triginta cōmētarioz libris i p̄tem qm̄  
 dam Esaie p̄phete editis in Ezechielē viz  
 ginti et quinq̄ Athenas p̄fiscēs p̄sūma  
 re se memorat. vbi et qnq̄ libros p̄mos in  
 cātica canticoz scribit. Alios at̄ qnq̄ re  
 gressus cesaream cōsumauit. S; nūc nō  
 op⁹ est opuscula ei⁹ enumerare q̄ pene in  
 numerabilia sunt. cū id i eo ope fecerim⁹  
 vbi beati P̄aphili vitā desēpsim⁹: referē  
 tes q̄nta ab eo antiquoz scriptoz volumi  
 na: et p̄cipue Origenis bibliothecē cesa  
 riensī: quā ille p̄cipuo et nobili studio com  
 posuit p̄secrate sūt. Siq̄s ḡ nosse vult q̄nta  
 Origenis volumina in man⁹ nostras  
 venerint inde sumat indiculū. Nūc autēz  
 ad h̄istorie nob̄ ordinē p̄perādū est.

De Berillo Caplm. XXIII.

Erill⁹ de q̄ paulo ante memorauim⁹  
 m⁹ Bostrane vrbis arabie ep̄us  
**B**ecclesiasticā docēdi regulā violare  
 conat⁹: p̄grina q̄dā et aliena a ve  
 ritate docere cepit: asserēs d̄m et salua  
 torē n̄m neq̄ extisse aū carnis natūita  
 tē: neq̄ p̄riā deitatis habere substantiam.  
 S; h̄ solū q̄ paterna i eo deitas habitaret.  
 Pro q̄ q̄ plurimi ep̄i p̄gregati disceptati  
 ones cū eo nō minimas habuere. S; inc

ceteros Origenes magnopere exortat⁹ ē ve  
 nire i p̄fictū viri. Itq̄ p̄mo sensim cū eo  
 disputās qd̄ sentiret diligēt⁹ p̄scrutatur  
 Quo cōperto p̄tinuo qd̄ absurdi inesset  
 huiusmodi dissensibz: et qd̄ impietatis  
 talia asserētē p̄seqrēt ostēdēs: abūcere ac  
 respūere male p̄ceptū suasit errorē: et redi  
 re ad fidē verā sanāq̄ doctrinā. Qd̄ q̄ pe  
 ne i causis talibz inauditū ē: ita errorē ab  
 ecclesia depulit vt emēdaret non p̄deret  
 error⁹ auctorē. Deniq̄ fert̄ etiam nūc de  
 scripta ip̄a disputatio Origenis et Berillo  
 h̄: q̄ p̄ semetipaz p̄clari op̄is ei⁹ iditio est.  
 Sed et multa alia ei⁹ similia ad nos ge  
 sta dictaq̄ sat̄ clara et magnifica puenēs  
 sūt: q̄ndō v̄l i r̄is ip̄ius v̄l maiorz relatiōe  
 cōpēta nūc interim p̄ h̄istorie breuitate  
 p̄terim⁹. Que tū agnosci possent. ex ea q̄  
 scripta est a scrō P̄amphilo martyre apo  
 logia pro ip̄o vna mecū. Quā vt cohiben  
 dos q̄rulos inuicem nos iuuātes cōmu  
 ni studio ac labore cōscripsim⁹.

De Philippo imperatore  
 Capitulum. XXV.

**T** Gordian⁹ cū p̄ sex annos rho  
 manū gubernasset ip̄eritū: Phi  
 lipp⁹ vna cū Philippo filio suc  
 cedit. De hoc traditū nobis ē q̄  
 christian⁹ fuerit: et in die pasche. id est. in  
 ip̄is vigilijs cū interesse voluisset. et cōica  
 remysterijs ab ep̄o loci nō pus esse p̄mis  
 sus: nisi p̄fiteret̄ pctā sua et inter peniten  
 tes staret. nec v̄llo mō copīā sibi mysteri  
 orum futurā: nisi pus p̄ pen. itēriā culpas  
 q̄ d̄ eo ferebātur plurime diluisset. Ferūt  
 igit̄ libenter eū qd̄ a sacerdote imperatū  
 fuerat. suscepisse diuinū sibi inesse metū:  
 et fidem religiōis plenissimam rebus atq̄  
 operibus comprobans.

De Dionysio episcopo.  
 Caplm. XXVI.

**D**ius tertio ip̄eritū āno Eracles  
 ap̄d Alexandriā sexto anno ep̄at⁹  
 cui diem obiit. locūq̄ sacerdotij  
 Dionysij suscepit. Quo tempo  
 re sexagesimū agēs Origenes etatis an  
 nū posteaq̄ et vsu et piculis et laboribz plu  
 rimū fidē i p̄bo dei acceperat p̄misisse  
 fertur ea q̄ ex tpe in ecclesijs diserebat a  
 b

## Ecclesiastice historie

notarijs excipi: nec an vnq̄s dedisse hanc  
copiam: nisi cū id sibi et vite grauitas et eta-  
tis maturitas et multe experientie concessis-  
set auctoritas. Tūc aduersum quādam Cel-  
sum epicurū p̄m: qui p̄tra nos libros cō-  
scripserat octo voluminib; respōdit. Tunc  
et i euāgelii s̄m Matthei viginti quāq; cō-  
mētarior; libros edidit: et i duodeci p̄phe-  
tas q̄ plurima cōmentat̄ ē. Ex quibus ad  
nos vsq; viginti t̄m et quāq; volumina p̄ue-  
nerūt. sūt ei⁹ et ad imperatorē Philippuz  
eplē: et ad vxorez ei⁹ Seueram absq; vllō  
adulationis fūco scripte. Scribit et ad  
Fabianū vrbis rhome ep̄m: et ad alios q̄s  
plurimos ecclesiaz p̄ncipes d̄ catholica  
fide sua. De quo euidentius in sexto apo-  
logie nostre p̄p̄o volumine cōp̄hendis-  
mus. Sunt et alie eius epistole ad diuer-  
sos scripte: quaz nos interim centuz nu-  
mero inuenire potuim⁹ atq; in libros di-  
gestas memorie tradere.

### De Araborum discessione. Caplm. XXVII.

**A**tempestate i Arabia partibus  
extiterūt quādam assertores dogma-  
tū p̄uersorū: dicētes anias hoim  
p̄ mortē eū corpib; iterire: parit̄  
et corūpi rursuz s̄o in tpe resurrectionis  
denuo cū corpib; suscitari. Ad quē mor-  
bū ab ecclia depellēdū cū ingēs ep̄oz cō-  
ciliū p̄uenisset iteruz Origenes rogat̄ ab  
oib; interesse et facere sermones. Cūq; co-  
rā oī sacerdotuz p̄cilio disputaret: tā ma-  
gnifica fuit ei⁹ oratio: vt omnes eos q̄s  
noui dogmatis error inuolucrat ad fidē  
rectā et sensuz catholicū reuocaret.

### De heresi Helchēsaitaz Caplm. XXVIII.

**E**xistit etiaz alia heresis p̄ illō tps  
q̄ dicit̄ Helchēsaitaz. Quā ille sta-  
tim vt visa est apparuisse restrin-  
xit. Facit aut̄ ei⁹ mētionē cum de  
octogesimo et secundo psalmo in ecclia  
disputaret: s̄mō dicēs. Venit quādam in his  
dieb; q̄ sibi magnū aliqd et sup̄ ceteros sa-  
pere videret̄: asserere volēs quādam impia et  
absurda d̄fendēs heresim quādam Helche-  
saitaz q̄ nup̄ exorta ē. Et t̄m q̄ sint qui ip̄a  
hereses asserāt idicabo vobis: ne cui for-  
te vestrū surripiat̄ ignaro. Isti ergo que-

dam de scripturis sacris refutāt: et rursuz  
vtunt̄ testimonijs de nouo et veteri testa-  
mēto quib; volūt. Ap̄lm t̄m Paulū ex inte-  
gro respuit: et asserūt: q̄ in p̄secutiōib; s̄i-  
q̄s negauerit nihil criminis habeat: p̄ eo  
q̄ is q̄ fix⁹ ē in corde suo: etiāsi ore nega-  
uerit p̄ necessitate: corde t̄m i fide p̄mane-  
at. Hec asserūt: et libz quēdam circūferūt  
quē dicūt de celo lapsuz. cui⁹ verba si q̄s  
audierit remissionē accipiat peccatorum  
aliā p̄ter illā quā christus dedit.

### De Decio Caplm. XXIX.

**A**terea Philippo sex annis p̄nci-  
patu administrato Decius succe-  
dit. Qui p̄ eo q̄ infest⁹ esset Phi-  
lippo: p̄secutionē ecclesijs susci-  
tat. In q̄ Fabian⁹ in vrbe rhoma marty-  
rio coronat⁹: sedē sui ep̄at⁹ Cornelio des-  
reliquit. In hierosolymis s̄o Alexander  
ep̄s rursuz p̄ p̄fessione ch̄i iudici s̄stitit: et  
vinculis carceris tradit̄. Quisq; cū lōgeue  
etatis venerāda canicie p̄fulgeret: postea  
q̄ frequēt̄ passiōib; suis et cruciatibus  
glificauerat d̄m duz de vinculis ad tris-  
bunal: et a tribunalib; renocat̄ ad vincu-  
la: iter ip̄a vicissim sibi succedētia tormē-  
ta defecit. Huic in sacerdotio Hababa-  
nes succedit. Ap̄ Antiochiā s̄o similes  
p̄ oīa Babilas Alexandro post p̄fessionē  
gliose vite finē sortit̄ i vinculis. Post quem  
Fabian⁹ ep̄at⁹ officiū suscepit. Et i hac  
p̄secutiōe quāta aduersum Origenē gesta  
sint: quibusq; p̄tra eū pessim⁹ demon arti-  
bus cū vniuerso exercitu suo: et quāta p̄ten-  
tione pugnarit vtq; sup̄ oēs ceteros qui  
p̄ illud tps p̄ christi nomine tenebant̄ no-  
uas cruces: noua penaz genera a seculis  
omnibus inaudita tormenta ptulerit. vtq;  
p̄ eo q̄ i doctrina fidei et veritatē opinat̄  
sim⁹ videbat̄ oīa aduersus eū demonias-  
ci furor; arma cōmota sint: et ignib; itētas  
ita vt mille mortib; vexat⁹ sit: ne tamē  
vna ei quā exoptabat accideret: quib; exi-  
tus eum susceperit: p̄secutore summo stu-  
dio id gerente: vt nec interitus prestaret̄  
nec pena cessaret: et quales postmodum  
de his ip̄ius epl̄as scripserit: quas oī mi-  
seratiōe et lachrymis penas: ex ip̄is mani-  
festi⁹ q̄ scripta sunt integrā qui agnosce-  
re cupit hor; noticiā sumet.

De passionibus Dionysii.

Capitulum. XXX.

**D**ionysius sive Alexandrinus episcopus per illud tempus: sicut ex ipsius epistolis verissime me conperimus: in multis sepe confessio- nibus satis clarus efficitur: et per passionem non tormetorumque diversitate magnificus. Denique refertur insectantibus se quibusdam respodisse. Quid in sectando laboratis? La- put meum pro quo magnope fatigamini: aus- ultum cervicibus sumite: et donum magnum ad tyrannum referte.

De martyribus qui apud Alexandriam passi sunt.

Capitulum. XXXI.

**S**ed et idem ipse ad Fabianum Antiochenum episcopum scribens: de his qui sub Decio apud Alexandriam agones martyrii desudaverunt: hoc modo re- fert. Non ex precepto inquit imperatoris apud nos persecutio sumpsit exordium: sed anno integro principalia pervenit edicta minister demonum: qui dicebat in civitate nostra diu- nus: superstitiosum contra nos exagitans vul- gus. A qua multitudo succensa nihil aliud quam propter sanguinem sitiebat. Primo ergo religi- osum quandam senem Detranum nomine corripies- tes: iubent impia verba proferre. Quod ille cum fa- cere recusaret: omne corpus eius membratim fustibus colliserunt: vultumque et oculos acuti- calamis terribiliter extra urbem eum cruci- atibus eiecerunt: ibique qui in eo superant spiri- tus lapidibus eiecerunt. Post hec mulierem quandam nobilem Corinthiam nomine ad ido- la perducetes adorare cogebant: recusantem: imo potius execrantem: vincula pedibus innes- centes: et per plateas totius civitatis tra- hentes: sedo horrendoque supplicii gene- re discerpunt. De hinc omnes simul irruerunt per domos servorum dei: diripientes et everten- tes atque hostili crudelitate cuncta fedan- tes: ita ut preciosioribus quibusque direptis: si quae vilia reppererant in unum congrega- ta igni in plateis cremarent. Hostri in dire- ptionem hanc bonorum suorum: sicut apostolus de il- lis dixit antiquis: cum gaudio susceperunt. Sed et admiranda virginem longae etatis Apolloniam nomine cum corripuissent: dentes primo ei omnes effoderunt: post- deinde lignis extruxerunt rogam: commina- tes vivam se eam incensuros: nisi cum ipsis

pariter impia verba proferret. At illa ut rogus vidit esse succensum: paululum quod in semet ipsa molitur repente pro se e manibus proci- puit impiorum: atque in ignem quem minabantur sponte profudit: ita ut prererent etiam ipsi crudelitatis auctores: quod promptior inven- ta est ad mortem femina quam persecutor ad penam. Serapionem quoque domo sua repertum cru- delissimis affecere suppliciiis: ita ut omnes ei iuncturas membrorum pro solutis: de su- perioribus eum precipitaret. Nullum nostris iter erat per vicum: nullum plateae transitus in- dulgebatur: neque die neque nocte procedendi versus libera erat facultas. Ut enim quis no- strorum apparuisset in publico: statim cla- mor vulgi et seditio nascebatur: ut vel pedi- bus traheret qui visus esset vel igni suc- cenderetur. Verum cum hec mala per dies singulos agerentur: subito inter ipsos persecutores rabies quedam belli civilis exarsit: et dum inter se seditionibus preliis- que decertant: interim nobis paululum licu- it respirare. Sed non in longum ventura fu- it. Continuo namque crudelissima principum mittunt edicta: quibus tanta adversus nos ferebatur immanitas: ut scimus quod predictum est a domino si fieri potest scandalizent etiam ele- cti. Et quo perterritis pene omnibus quidam ex ipsis nobilibus se sponte impiis actibus ingesserunt. Alii conventi timore: non nulli a domesticis perditis: ad sacrificia execran- da et ad immundas hostias pererant. Alii qui ex his pallentes et tremantes: ut ma- gis immolari ipsi quam immolare idolis vi- derentur: ita ut etiam ab inspectanti vulgo irriderent. eo quod et ad moriendum et ad sacri- ficandum iuxta meticulosi videbantur. Alii sa- ne tam impudenter ad aras proficiebant ut et affirmare nitebantur: se nunquam christi-anos fuisse. Hi erant de quibus predictum est: quoniam pecuniam habentes difficile salva- buntur. Ceteri vero aut istos sequebantur in preceps: aut certe vertebantur in fugam. Et quibus nonnulli comprehensi et in carcerem mis- si: alii ad primam statim iudicis faciem negave- runt fidem. aliqui paululum suppliciiis toleratis ad ultimum deciderunt: Hi vero qui beati effecti sunt tanquam colonne fortissime domini ipsius spiritu confirmati: pro fidei sue merito salute a domino percepta: admiranda deo et angelis martyrii sui spectacula pro-

## Ecclesiastice historie

buerūt. Quoz p̄m<sup>o</sup> erat venerabilis Juli-  
an<sup>o</sup> podagra p̄strict<sup>o</sup>: ita vt neq; incede-  
re neq; stare posset: cū his q̄ eum in sellula  
portabāt offerretur. Quoz vn<sup>o</sup> qdē stati ne-  
gauit. Ali<sup>o</sup> p̄o noīe Enius cū Juliano sa-  
ne in dñi Jesu ch̄i p̄fessioe p̄durat. Quiz  
q; iubent camelis impositi p̄ oēm circū  
duci ciuitatē z flagris hinc inde verberā-  
tib; p̄plo spectāte lanari: vsq; q̄ finē vite  
in ip̄is verberib; ponerēt. Sz vir q̄dam  
militar; cū assisteret. z q̄sdam volētes etiā  
mortuis illudere cadaueribus. p̄hiberet:  
clamor rep̄te aduersus eū toti<sup>o</sup> vulgi ex-  
tollit. offerret iudici fortissim<sup>o</sup> miles iā do-  
minū: z nusq; se inferior fact<sup>o</sup>: in cōfessioe  
p̄fites capite. p̄ pietate damnat. Ali<sup>o</sup> qdā  
vir noīs sui Bacharius gente libycus:  
cum multis verbis a iudice ad negandū  
suadaret: z eo maiore cōstantia fidez suaz  
p̄fiteret. viuus ad vltimū iubetur exuri.  
Epimachus quoq; atq; Alexander cum  
multo tempore z in vinculis z in cruciati-  
bus carceris torti: etiā frequēter z diuer-  
sis supplicijs cōfecti p̄durassent in fide.  
ignibus ad postremū cōsumi iubent. Sz  
z mulieres cum ip̄is quattuor. In quib;  
ammonaria sancta virgo aduersum quas  
iudex summa contentione vtebat. et im-  
mensis eē atq; exq̄sitis cruciatib; afflige-  
bat. eo maxime q̄ eius sententiā vincere  
cupiebat: qm̄ laudabili voce decreuerat  
nihil se p̄sus eoz q̄ sibi p̄tra fas impera-  
bant acturā: statuti sui tenat: ad vltimū  
capite puniē. Secūda ei<sup>o</sup> fuit p̄go Ver-  
curia noīe: anus venerabilis: z fecūdissī-  
ma in filijs. sed q̄s nō p̄tulit ch̄o Dionys-  
sia et alia Ammonaria. Que dum nimia  
vtunt p̄stātia ap̄d iudicē: z ille vinci eru-  
besceret a feminis: inaudit; tormētōz ge-  
nerib; tolerat; finē oīm ferro cedēte sus-  
cipiūt. Heron q̄z z Arsin<sup>o</sup> z Isidor<sup>o</sup> egypti  
cū puerulo annoz quindeci Diosco-  
ro iudici offerūt. z p̄mo oīz puerulū Dio-  
scoz tāq; p̄tate facile flecti ante verbis:  
post etiā p̄berib; agit. Quē cū in nullo si-  
bi cedere videret: feroci<sup>o</sup> euz cruciare cō-  
tendit. Tuz de inde ceteros varijs tormē-  
tis dilanians: euz pari modo p̄stantia fi-  
dei videret armatos: tradi ignib; iubet.  
Dioscoz p̄o puez q̄ sibi p̄stant z sapien-  
ter i oīb; respōdisset admiratus differri

p̄cepit: sperās eū. p̄ etate penitudinem ge-  
sturū. Qd nō taz tyrāni miseratiōe q̄ dñi  
puidētia ita gestū ē. Flūc em̄ nobiscū est.  
Dioscor<sup>o</sup>: a deo nobis p̄cessus ad cōsola-  
tionē z firmamentū ppli sui. Femesi<sup>o</sup> q̄z  
etiā ip̄e egypti<sup>o</sup> p̄mo per calumniā quasi  
latro delat<sup>o</sup> est. Quo crimie abluto: post  
hoc christian<sup>o</sup> esse referē. In p̄ vero nulla  
a iudice moderatio reseruat sed gemina-  
tis supplicijs excruciatū cū latronib; ius-  
sit incendi. ignorans q̄ crudelitate sua  
optimo martyri saluatoris similitudinez  
detulit: qui pro salute hūane gener; vna  
cū latronib; p̄tulit crucē. Turma autē qdā  
in vnū p̄uenerat militum: inter quos Am-  
mon z Zenon z Ptolome<sup>o</sup>. et ingenuus  
et grandeu<sup>o</sup> Theophil<sup>o</sup>. Qui tribunalib;  
astantes: cū quidā christian<sup>o</sup> a iudice tor-  
queret z iā pene ad negandū declinaret: di-  
rumpebant intra semetip̄os: z vultu o-  
culis ac nutib; velut erigere conabant illuz  
q̄ in supplicijs posit<sup>o</sup> trepidabat. Inter-  
dum etiā manus p̄tender: ac toti<sup>o</sup> reliq;  
corpis motib; z habitu diuerse inclinati  
tanq; subleuare lapsantes aios gestiebāt.  
Cōuersi p̄o ad eos oēs: z qd d̄ semetip̄is  
p̄fiterent ex eoz motib; agnoscētes: p̄us  
pene q̄ in eos vulg<sup>o</sup> clamorib; insiliret:  
ip̄ei mediū prumpūt. ac sese christianos  
esse testant. Tūc p̄o versa vice ex eorum  
p̄fidentia p̄secutorib; terror: n̄fis p̄stan-  
tia animi accrescit. dū hi q̄ p̄ tormēta vin-  
ci putabant sponte se cruciatib; offerūt:  
z ab his qd illi. p̄terrorib; inferebāt velut  
p̄qdā specie voluptat; expetit do ita triū-  
phāte p̄ sc̄tōs suos. Sed nec Scirionis  
op<sup>o</sup> memorabile fas ē silētio p̄terire. Is  
nāq; cū rē cuiusdaz potētis sub mercede  
p̄curaret: iubet ab eo idolis imolare. Re-  
cusans cogebat iniurijs persistens: rur-  
sum blādicijs mulcebat. Luz vero vtrūq;  
p̄temneret: p̄acuta sude validissime trans-  
verberatus p̄ media viscera neci tradit.  
Quid p̄o memor est quāte multitudines  
in desertis z in montibus oberrantes fa-  
me: siti: frigore: languore: latronib; bestijs  
q̄ cōsumpte sint. qui omnes imitati ele-  
ctos dei. p̄betas: glia martyrii coronati  
sūt. Deniq; z venerādus senex Eherem<sup>o</sup>  
ep̄s h̄ erat vrbis egypti que dicit Hyloz  
polis: cū ad arabicū montē vna euz gran

deua cōiuge discessisset: nulli vltra appa-  
ruit. Et cū ad p̄rendū eū plurimi fratrum  
frequētissime p̄cessissent: p̄scrutatis oībo  
locis. neq; ip̄os vltra q̄s: neq; corpa eo-  
rū potuit inuenire. Hec autē nō frustra cō-  
memorauit frater charissime: sed vt scias  
quāta apud hos a sanctis martyrib; ad  
dei gl̄ia gesta sint.

De his que scribit Dionysius.

Capitulum XXXII.

Post pauca addit etiam hec di-  
cens. Isti igitur diuini martyres q̄  
cū ch̄o in celestib; sed et et regni  
ei; p̄cipes sunt atq; iudicij q̄ cū  
ip̄o delapsis fratrib; indicāt isti in quā  
ip̄i susceperūt lapsos: et penitentiā p̄uersio-  
neq; eoz nō respuerūt: sc̄etes q̄ deus n̄  
cui; ip̄i erāt martyres: nō vult oīno mor-  
tē morientis: s; p̄uersionē eius et peniten-  
tiā querit. Si ergo isti receperūt quosdā:  
et in ecclesia statuerunt. in oratiōe quoq;  
eis et in cibo cōmunicauerūt. Quid nos  
facere vultis fratres: Quid nobis agēdū  
putatis: Nōne sequi nos eoz sententias  
et iudiciū cōuenit: atq; erga eos quos illi  
miserati sūt non existere crudeles et truz-  
ces: Nō puto q̄ expediat nobis sententi-  
as eoz in irritum reuocare: miserationes  
infringere: benefacta turbare: et recte reli-  
giosq; instituta violare.

De Flouato.

Capitulum XXXIII.

Ecce Dionysius de lapsis faciēs ser-  
monē: q̄ tpe Flouat; rhomane ec-  
clesie p̄byter elatione quadā tu-  
midus spem penitus eis salutis  
adimebat: etiā si digne penitissent. Exq;  
et p̄cipes hereseos extitit nouacionoz:  
q̄ ab ecclesia sepati sup̄bo noīe semetip̄os  
catharos. i. mūdōs appellarūt. Ob quāre  
p̄ciliū sacerdotale celeberrimū i vberho-  
ma p̄gregatū ē ep̄oz quidē sexaginta nu-  
mero. p̄byteroz quoq; totidē cum diacono  
nis plurimis. Preterea etiā p̄ singulas q̄s  
q; puincias de hac re magna deliberatio-  
ne habita decretis significat quid facto  
op̄ esset. Statuit ergo Flouat; qdē cū  
his qui eū mentis elationē tumidū seq̄re-  
tur. quib; ad inhumanā iram et nihil fra-  
terne charitatis seruantiē sententiā declina-  
rent. alienum esse ab ecclesia. eos p̄o qui la-

p̄si i certamine fuerāt fraterna miseratione cū  
rādos: fomēt; p̄nie medicādos. Scribit  
de hac re et Corneli; vrbis rhome ep̄s ad  
ecclesiam Antiochenaz: indicās Fabiano  
ei; ep̄o qd statuerit i vberhoma p̄ciliū  
p̄gregatū. qd et Ital: afris: ceterisq; occi-  
dentalib; visus sit. Ciprianus p̄o de his li-  
brum magnificentissime scriptuz edidit  
in quo et lapsos ad p̄niam cohortandos.  
et p̄traditētes alienos esse a ch̄isti visceri-  
bus statuit. Extat autē et alia ep̄stola Cor-  
nelij ad Fabianuz Antiochie ep̄m scri-  
pta. edocēs singula queq; d̄ Flouato: q̄s  
q̄lis fuerit v̄l vita v̄l morib;: quō ab eccle-  
sia ch̄i declinauerit. In qua refert q̄ ep̄a-  
tus cupiditate quaz intra se latēter gere-  
bat in hec oīa mala deciderit. Ex eo autē  
maxime elatus sit q̄ q̄sdā de p̄fessorib; vi-  
ros optimos inter ip̄a initia sibi socios  
assumpserit. In quib; fuit Maxim; qdā  
p̄byter rhomane ecclesie et Urban; q̄ se-  
cundo p̄fessores extiterāt. Sed et Sido-  
nius et Celerin; qui valde clari in cōfesso-  
rib; habebant: eo q̄ oīa tormētōz gene-  
ra supauerāt. Sed isti inq̄t cū diligentius  
p̄spexissent agere eū cuncta fraudib; et do-  
lis mendacijs atq; piurij. et quia bonita-  
tem ad hoc soluz simularet vt deciperet  
ignorantes: relicto eo v̄l potius execra-  
to ad ecclesiaz cū magna satisfactiōe reuer-  
tunt: et p̄sentib; ep̄iscopis et p̄byteris s; et  
laicis v̄ris p̄mo qdē errorē suū: tū deim-  
de et illi; fraudes ac fallacias p̄fiterēt. Ad-  
dit p̄terea etiā hec in ep̄la q̄ cū semp fra-  
trib; iurare solit; sit ep̄atus se oīno nō  
cupe: subito ex ip̄rouiso velut nouuz plau-  
sma ep̄iscop; apparuit. s. qui disciplinaz  
et statuta ecclesiastica vendicabat: ep̄atum  
quē nō a deo accepat p̄sumebat. Trib; nā  
q; ep̄is simplicissimis hoībus et omnium  
ignaris de remota Italie parte adhibi-  
tis: imo poti; subtili ab eo circūuentiōe  
deceptis: imaginariā mag; q̄ legitimam  
ab his extorquet man; ipositionē. Ex q;  
bus tamē vnus cōtinuo ad ecclesiam redit:  
cōfessus peccatū suū: et in cōmunionē lai-  
cam populo etiaz pro hoc interueniente  
susceptus est. In locū p̄o reliquoz duoz  
qui Flouato manus imposuerāt ordina-  
ti sunt alij ep̄scopi et missi. Is ergo qui  
euāgelium vendicabat nesciebat in eccle-

## Ecclesiastice historie

fia catholica vnū ep̄m esse debere: vbi vi-  
debat esse psbyteros quadraginta et sex:  
diaconos septē, subdiaconos septē, aco-  
lytos quādraginta et duos: exorcistas et le-  
ctores cū ostiarijs quinquaginta et duos,  
viduas euz ingentibz mille quingentas:  
Quos omnes de<sup>o</sup> alit in ecclia sua. Addit  
autē h̄ q̄ idē ip̄e Flouat<sup>o</sup> i iuuētute sp̄i un-  
mūdo vexat<sup>o</sup> sit. cū tps aliquātū consum-  
pisset apud exorcistas egritudinē incur-  
rerit grauē: ita vt desperaret: et q̄ iacēs i  
lecto p̄ necessitate pfusus sit: nec reliqua  
i eo que bap̄ismū subseq̄ solēt solēnit ad  
impleta sint: nec signaculo ch̄ismat<sup>is</sup> cō-  
firmat<sup>o</sup> sit: vñ nec sp̄i sanctū vnq̄ potuerit  
p̄mereri. Deniq̄ inq̄t cū puata q̄dam  
gr̄a diligere ab ep̄o: et vellet euz ordinare  
psbyterū: cler<sup>o</sup> p̄o ois et q̄ plurimi ex laicis  
p̄hiberent dicētes nō licere clericuz  
fieri eū q̄ i necessitate positus i lecto gra-  
tia p̄secut<sup>o</sup> sit: ep̄m ab oibz specialē gr̄am  
poposcisse vt sibi hoc de isto vno p̄ceder-  
et. Scribit etiā de ip̄o q̄ p̄secutiōis tpe  
cū i cellula q̄da laterz: et a diaconis (vt mo-  
ris est) subuenire in exitu cathecuminis  
rogaret timēs p̄cedere: denegauit se esse  
psbyterū. et q̄ sacramēta diuidens pplis:  
accipientiū man<sup>o</sup> teneret nec pus p̄mitte-  
ret sumere q̄ sibi p̄ ea q̄ vnusq̄sq̄ tenebat  
in manibz iuraret: q̄ nunq̄ se relicto ad  
Corneliū remearet. Nec et multa alia hu-  
iusmodi Corneli<sup>o</sup> de vita et moribz ac pro-  
phanis eius actibus scribit.

### De Serapione.

#### Capitulum XXXIII.

**D**ionys<sup>o</sup> h̄o de h̄ rescribēs ad su-  
pradictū Fabianū intexuit etiā  
quādā historiā dignaz memoria  
dicēs. Serapionē quādam fuisse  
apud Alexandriā vnuz ex his qui lapsi sunt:  
cundēq̄ sepe deprecātū vt susciperetur:  
nec tamen impetrasse. oppressum deinde  
hūc esse egritudine: ita vt triduo iaz sine  
voce p̄i iaceret: paululuz h̄o quarta die  
respirantē vocasse ad se filiā suā et dixisse.  
Quousq̄ me detinetis. Queso vos: cito  
aliquis presbyterū roget: vt possim aliquū  
dimitti. Et cū hec dixisset: rursuz sine vo-  
ce p̄māsit. Abijt cursu puer ad presbyterū  
noctis tpe. infirmabatur presbyter: veni-

re nō potuit: tamē quia p̄ceptum fuerat a  
me vt lapis i exitu nemo recōciliatiōis  
solatia denegaret: maxime his quos p̄-  
us id rogasse cōstaret: parum eucharistie  
puero qui ad se venerat dedit. quod infu-  
suz iussit seni preberi. Regrediēte adhuc  
puero: anteq̄ ingrederet domuz rursuz  
Serapion respiciens: redisti inq̄t fili. Et  
licet presbyter venire non potuit: tu tamē  
imple quod tibi p̄ceptū ēvt possim di-  
seedere. Cūq̄ esset cōpleta solēnit: ves-  
lut carenis q̄busdam vinculisq̄ disruptis  
letiozem iā spirituz reddidit. Et quo inq̄t  
cōstat certissime huius boni auxilio nul-  
lū debere fraudari. Scribit etiā ip̄i Flou-  
uato Dionys<sup>o</sup> eplam: cū<sup>o</sup> exemplū inse-  
rere dignum putau.

De his que ad Flouatum scribit Dio-  
nysius.

#### Capitulum XXXV

**D**ionys<sup>o</sup> Flouato fratri salutes.  
Si inuitus vt ais i hoc venisti:  
ostende in eo si desinas volens:  
oportuerat quidē etiā pati oia  
ne scinderet ecclesia dei. Et erat nō infe-  
rior gl̄ia sustinere martyriū. p̄ eo ne scin-  
dat ecclesia: q̄ est illa ne idolis immolet:  
imo fm meā sententiam maius hoc pu-  
to esse martyriuz. Ibi nanq̄ vnusq̄sq̄ p̄  
suatm̄ anima: in hoc vero omnia ecclesia  
martyriuz sustinet. Sz nūc siue tu suade-  
re: siue etiam cogere potes fratres redire  
ad concordiam mai<sup>o</sup> tibi erit emēdatiō-  
nis merituz q̄ fuerit culpa cōmissi: quia  
illud iam nō imputabitur. hoc etiā lau-  
de dignum ducitur. Si vero incredulita-  
te permāserint: saluās salua aiā tuā. Va-  
le. pacem desiderans quam tibi imp̄cor.  
Nec etiam eadem Flouaciano scripsit.  
Dedit et ad egyptios ep̄istolā de lapsorū  
penitentia in qua: et regulas eis statuit  
penitendi. Sed et multa alia probatissi-  
ma feruntur scripta Dionys<sup>o</sup>. Scribit et  
penitentia. et cohortorū libellum de  
martyrio ad Origenē: ad Laodicenses  
et Armenios de penitentia. ad Corneliū  
quoq̄ vrbis Rhome Ep̄iscopum pluris  
ma scribit. In quibus etiam hoc indicat  
inuitatuz se a multis ep̄iscopis. id est ab

Heleno Tharso Cilicie z Firmiliano cap padocie z Theotisto palestine: vt ad syno dū Antiochia p̄gat q̄ ibi Flouati dogma ta q̄dam serere conarent. Et addit q̄ Fabiano antiocheno episcopo d̄functo Demetrianus in episcopatu successerit. Sz z de hierosolymoz episcopo his p̄bis scribit. Admirabilis autē vir inquit Alexan der in carcere positus: beato sine p̄cessit ad d̄m. Est z alia ipsius Dionisij epistola ad Rhomano scripta de ministerijs. Et alia item ad ipsos de pace z de penitentia et ad quosdā confessores qui adhuc in vr̄be Rhoma Flouatū sequebant. Et rursuz ad eosdez posteaq̄ ad ecclesiam conuersi sū duas epistolas scribit. Sed z ad mul tos alios varia ac diuersa scribēs: studio sis q̄busq̄ in instructionū z doctrine copi osissimā materiā dereliquit.

Finit Liber sextus.

## Incipit Liber septi

mus Historie ecclesiastice: cuz capituloz rum annotatione.

De decij et Balli male gestis rebus.

Caplm. I.



**Septimum no**

bis ecclesiastice historie li brum scriptoz suozum cu dat elogijs nobilissim⁹ pa trum z clarus i episcopis Dionysius: qui posteaq̄ Decius non tot duobus annis p̄ncipatu Romani apic ministrato cum filijs pariter interempt⁹ est: et Ballus suscepit imperium. Quo in tempore etiā Origenes septuagesimo eta tis anno non ad integrum expleto defun ctus est. Scribens Hermamoni cuidam de Ballo hec refert. At ne Ballus inquit malū Decij aut videre potuit: aut cauere: sed in eundē lapidem offēsiōis impēgit. Cuius cum regnuz flozeret initio: et cun ta ei ex sentētia caderent: sanctos viros qui p̄pace regni eius deo summo suppli cabant p̄secut⁹ est: cum q̄bus z p̄speritatē suam pariter effugant z pacem.

De Lipano: et q̄ statuit hereticos reba ptizandos. Sed Corneli⁹ papa p̄tradicit

Caplm. II.

**I**n vr̄be p̄o Rhoma Cornelio episcopatū regente: et apud Cartagi nē Lipiano ambob̄s fide: p̄tute: pie tate p̄stantibz questio exorta est in Africe magis partibz: si oporteret hereti cos rebaptizari. Cūq̄ id a Lipano z ceteris pene omnibz per Africā sacerdotibus oportere fieri d̄cerneret: Corneli⁹ z ceteri omnes p̄ Italiam sacerdotes huiusmodi decretū manēte sacerdotali cōcordia refu tarunt: statuente antiquitus a patribz su per hoc traditam regulam d̄bere seruari. Que continebat: post abiectioez p̄auit z cōfessionem recti dogmatis sola eos ma nus impositione purgandos.

Stephanus papa similiter sentiat: et de cōcordia ecclesiaz que post p̄secutio nem facta est.

Caplm. III.

